In nomine domini Amen. Nativitatis eiusdem Millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto Indiccione tercia
Pontificatus Sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Calisti divina providencia pape tercii, Anno eius primo, Die
vero Veneris vicesima quarta mensis Octobris, hora terciarum vel quasi, in loco Capitulari Ecclesie Cathedralis Cracovien.
In mei publici Imperiali auctoritate Notarii testiumque infrascriptorum ad hoc vocatorum specialiter et rogatorum presencia
constitutus personaliter Venerabilis dominus Nicolaus de Cnoynik(?), Scolasticus Crac., tenens et habens in manibus quasdam
Reverendi patris et domini Gasparis de Theramo, Decretorum Doctoris, domini nostri pape Capellani, et ipsius sacri palacii apostolici Cau-
sarum auditoris et executoris unici, patentes a Sede apostolica literas in pergameno, eius etiam sigillo rotunde figure intus
de rubea, ab extra vero de communi cera, pergameno circumsuto, in cordula filorum rubei coloris dependente sigillatas, manu discreti
Blasii Boysery(?) Clerici ... publici apostolica et Imperiali auctoritate Notarii subscriptas et consignatas, sanas, salvas
et integras, non cancellatas, non viciatas, nec in aliqua parte sui suspectas, sed omni prorsus vicio et suspicione
carentes, prout prima facie apparebat, vim et formam execucionis, monicionis, inhibicionis de et super Scolastria
Ecclesie Crac. in personam prefati domini Nicolai de Cnoynik in se continentes, factas, datas et concessas, prout in dictis literis clarius
continetur, vigore quarum monuit et debita cum instancia requisivit me Notarium infrascriptum, quatenus ad execucionem dictarum
procederem literarum, prelatos quoque et Canonicos Ecclesie Crac. omnes et singulos tunc Capitulariter congregatos monere et requirere
ut eum sibi de possessione et de fructibus prefate Scolastrie, quantum in eis esset, sub penis contentis responderent, ac iuxta
continenciam dictarum literarum mandatis in eis contentis parerent. Tandem ego Notarius infrascriptus subexecutor dicte
execucionis, monicionis et inhibicionis literis cum ea qua decuit reverencia receptis, venerabiles dominos prelatos et
Canonicos tunc personaliter in dicto loco Capitulariter congregatos, dictas literas mox post exhibicionem et suscepcionem earundem
Primo prefatis dominis insinuavi, notificavi, publicavi, deinde vigore et auctoritate earundem ipsos monui et requisivi
ad parendum mandatis in eis contentis. Memorati vero domini prelati et Canonici tunc Capitulariter congregati
susceptis reverenter literis eisdem matura deliberacione visis, lectis et auscultatis, et demum prefato domino
Nicolao de Cnoynik accersito, ad deliberandum ab eodem indutias sex dierum a die prefata postularunt iuxta
continenciam earundem literarum. Consequenter die Jovis penultima mensis Octobris, Anno, hora, loco quibus
supra, Venerabilis dominus Nicolaus de Cnoynik, Scolasticus Crac. prefatus, coram memorato Capitulo
constitutus vigore dictarum literarum requisivit dominos prelatos et Canonicos Capitulariter in loco Capitulari
solito congregatos de et super responsione prefate Scolastrie et possessione sibi danda. Domini vero
Capitulares visis, lectis et diligenter auscultatis domini Nicolai prefati processibus quosdam contra
Magistrum Caspar Rotemberg de Cracovia sindicos(?) continentes, Curie apostolica a Reverendo patre domino
Gasparo de Theramo Decretorum Doctore, domini nostri pape Capellano et ipsius sacri palacii apostolici Causarum
auditore unico executore apostolico emanatos obtinuit, et quibus ad instanciam domini Nicolai prefati requisiti,
hoc in domino Nicolao dicto de Cnoynik dederunt responsum, dicentes: Nos quidem ad magistrum Caspar
Rotemberg de Cracovia licenciatum in Decretis, processibus domini Gasparis auditoris prefati iuxta continenciam
eorum in omnibus et per omnia quantum de iure possumus tamquam filii obediencie paremus, quem pro principali
in eisdem processibus videmus nominari. Sed quia ad instanciam honorabilis domini Stanislai Sdbory(?) Gwyeraczsky(?)
processibus inhibitoriis a Reverendo patre domino Johanne Episcopo Penen., in Romana curia residente, Executore
unico literarum apostolicarum de et super Scolastria Ecclesie Crac. in certa forma in personam prefati domini Stanislai
Sdbory de Gwyeradzicze largitarum occasione dicte Scolastrie Crac. ad instanciam suam emanatis, eius
etiam sigillo oblonge figure intus de rubea ab extra vero de communi cera, pergameno circumsuto, in
cordula filorum rubei coloris dependente sigillatis, manu discreti Johannis Mor(?) de ... Clerici
Colomen. dyocesis publici apostolica et Imperiali auctoritatibus Notarii subscriptis et consignatis, sanis, salvis, non
viciatis, prout prima facie apparebant, nobis sunt alias ita et nunc est inhibitum, de qua pacificacione
vera quantum ad ipsum dominum Stanislaum Gwyeraczsky nobis per eosdem processus vestros non constat, nec de
[illegible]

Cassiodorus libro secundo capitulo penultimo scribens boecio viro patricio de quodam
citharedo doctissimo [illegible] simpliciore et de arte musice de modis eius
et inventoribus post hanc recommendationem. Cum rex francorum convivii nostri fama
pellectus a nobis citharedum magnis precibus expetisset sola ratione complendum
esse promisimus quod te eruditionis musice peritum esse noveramus. Adiacet
enim vobis doctum eligere qui disciplinam ipsam in arduo collatam potuistis atti-
gere. Quid enim illa prestancius que celi machinam sonora dulcedine et natu-
re convenienciam ubique dispersam virtutis sue gracia comprehendit. Quicquid enim eius in connexi-
one aliqua modificationis existit ab armonie continencia non recedit. Per hanc
competenter cogitamus pulchre eloquimur convenienter movemur. Que quociens
ad aures nostras disciplinae sue lege pervenerit imperat cantum. Mutat
animos artifex auditus et opera delectacio cum de secreto nature
tamquam regina sensuum tonis suis ornata processit. Reliquae cogita-
ciones exilium [illegible] faciat eici ut ipsam solum delectet audiri. Tristicia[m]
noxiam iocundat tumidos furores attenuat. Cruentam sevi-
ciam efficit blandam. excitat ignaviam. languorem minuit. sopo-
re vigilantibus saluberrimam quietem reddit. castitatem turpi
amore ad honestum studium revocat castitatem. Sanat mentis
tedium bonis cogitationibus semper adversum. ad amicabilem graciam odiosa
perniciosa convertit et quod beatum curationis genus existit per dulcissimas vo-
luptates expellit animi passiones. Incorporalem animam corporali mul-
cet et solo auditu ad quod vult deducit qui lingua non valet
voce tacitis manibus clamat sine ore loquitur et per insensibilium obse-
quia corpore prevalet sensuum dominatum. Hec enim totum inter homines
operatur tonis agit quos singuli pernotat ubi reperit sicut vocibus vocata
sunt. Apud eos quippe dictam vocalium sparsit graciam dum et ora sua
valde sunt laudanda. Dorius prudencie largitor et castitatis
effector est. Frigius pugnas excitat votum furoris inflammat.
Eolius animi tempestates tranquillat sompnumque iam placatis
attribuit. Iastius intellectum obtusis acuit et terreno desiderio
gravatis celestium appetenciam bonorum operator indulget. Lidius contra
nimias curas animi tediaque repertus remissione reparat et oble-
ctatione corroborat. Hunc ad saltaciones corporale seculum pervertit. Per-
versum remedium turpe fecit esse quorum. Hic vero unus quinque tonorum
dimissione consistit. Unus enim tonus est summum et imum. Hec autem diriguntur
ad medium et [illegible] esse non [illegible] quam altera sibi [illegible]
resonant. [illegible] inventum et artificiale musica in auctoris operacionibus
diversis organis [illegible] modos xv continet [illegible] rebus aliqui
magis adinvenit [illegible] solercia tribus quadam armoniam doctis-
sima [illegible] collegit que diapason vocatur [illegible]
ta ut virtutes [illegible] unicum melos potuisset [illegible] adunare
[illegible] continet. Hinc orpheus mutis animalibus in dulces escas
ad [illegible] invitavit vagosque [illegible] quesitus pastus ad pascua animi
[illegible] sunt [illegible] serpentes [illegible] cantus
leones domestica [illegible] deserentes [illegible] adibilis silvas
preda gaudebat [illegible] questu [illegible] vota collecta fuerat. Et fide
diverse [illegible] sibi crederet [illegible]. Amphion [illegible] cantando [illegible]

thebanos muros dicitur condidisse. ut cum homines labore marcidos ad
studium provocaret excitaret saxa ipsa credentur relictis rupibus advenis-
se. agrestem etiam et artem orphei filium et nomine agaronis predictorum lin-
gua gellebrat dicens aput iscaros in summa bene constitutos clipei
capros clipos feliciter alias septem cordis rupibus animabat sic
sonans summo primo presumi viri disciplinae huius contigit cantantibus
espulari sic quod circa sonans studio placuimus musica videtur
efficta non at nemo arte vero cognoscit arbitrium tunc melos
rebus custodit si apte taceat cogitet loquitur et pariter vir in
rebus pedibus voce composita iuncta et adhortacionem animos oratorem
sensus et planius duo ut animos instaurat indices. musicatum
creatibus et quorum per eloquentes efficit ad huius disciplinae notas dulcium
gloriam plurimi. poetis etiam teretiano testante duo sunt metra primo
scilicet iuncta in certum et rationem unum quod exigit aliud quod placet quo
quibus diversa pergeta sunt ad oblectandos animos audientium. et ut in
genere eorum ita humana voce valeat efferendi animi metra quemadmodum
peperunt sirenes incredibili cantasse melodia perdit antistitas et
quamvis navigantes fluctus adducunt. contraria vero inflaget eligebat
surgit decepti scopulos ruinae. ne tantum paterent dulcedinem plures
rebus sors euasit iocata q. quam nauta quem noxia dulcedinem voluntatem
plurimus obseravit auditum. cogitavit vir felicissimus prudentissimus felicissimus
rudibus et quia vivere intelligendo non audiendo melius superabat
se vero solide arbori constrictus nexibus illigavit. ut et animos suos noxius
probare liberos se auribus potuisset et pericula dulcissime vocis viri
ita rapiente vinctus evadet. verus hunc et nos talia cura saepe praedicatur
tam superius loquimur de illo lapsu de caelo psalterio quod vir toto
corde cantabilis ita modulatus pro rei suavitate composuit ut his ym-
nis et metris sanentur vulnera. et divinitatis singularis gratia comparatur
et quod secretum innuat et credat/ pepulit acies davidicis lyra
diabolicam. sonum spiritibus imperat et canente tali citara vero libertate
redigit quae intus tunc tempore possidebat/ nam hoc huius
delectaret ... organa multa fuerit conscripta multis tamen effectus
venerande et adhortacionem animos quia grave citharae blanda repulsa
ro. hinc etiam appellata est machina cordarum quod facile corda moveat
ubi tanta vocum collecta et condita grandia ut vicina corda pul-
sata mox alteram faciat sponte contremiscere quam nulla contigit atti-
gisse dicta cum vis est convenire ut res insensibilia sponte se mo-
ne faciat dum eius sua contigit agitare/ hunc diversae veniunt ex
lingua voces hunc variis sonis efficiatur que de suavissime chorda
a dextera nimia tensione idem quibus acuta laxitate sunt media
longe blandissime tensato ut sonos se tantum ferunt non valeant
pluribus unitate cum contraria ad sociale quodcumque sonum machina per
veniret consonum concrescere. quorum podeatim. quorum rauce. quorum
incussae aliarum distinctis sonat quod in unum cursum constat esse collecta
et ut diadema oculis varia luce gemmarum. sic cithara diversitate
soni. blanditur auditui. amputans longe tela tenua vel tensa fila vel
linea in quibus arguto plectro regitur hoc dulcedo audiat. haec igitur
admirandi valde respondis numquam dicuntur invenisse quae utique tam utilissima
prudentes astronomi inter stellas inferendum esse putarent persuaderet
celeste esse musica. quod haec sonum comprehendere potuerit in sidera collocata

memoria vel celi splendorem sensus non potuit ydonee explicare. Unica racio hu-
ius dedit quod a verbis inde non perdidit. Quanta ergo debet credi ut beatitudo celeste
illis oblectacionibus persistat que nec fine deficit nec aliqua intermissione ma-
cessit. In ipso namque intellectu spiritus refulgent superna ipsorum delicijs ce-
lestia perfruuntur. Et talibus contemplacionibus in essencia beati iugiter delectacio-
nibus gaudent. Bene quidem arbitror si in ratione non in corporis comparacione cele-
stis beatitudinis posuisset. Ubi vadit sine gaudium et sine aliquo
tedio manens semper eternitas. Et ipsorum sola divinitas efficit ut beari a-
nime possit. Hec videtur presentibus preat ... iocunditer adiuvabitur. Et
sed per ipsa creatura non ... ita ... immutabiliter leticia sine
non prevalet quod quam nobis ... et voluptuosa discussio ... non
et de doctrina ... in ... ille epistola penultima li. ii/

Musica Isydori

Incipit musica ysydori

Musica est peritia modulationis sono cantuque
consistens. Et dicta musica per diriuationem a musis
Muse autem appellate anotoymaton id est a
querendo quod per eas sicut antiqui voluerunt vis
carminum et vocis modulatio quereretur. Quarum
sonus quia sensibilis res est et preterfluit in preteritum tempus
inprimiturque memorie. Inde a poetis Iouis et me
morie filias musas esse confictum est. Nisi enim
ab homine memoria teneantur soni pereunt quia scribi
non possunt.

De inuentoribus musice

Moyses dicit repertorem musice artis fuisse
tubal qui fuit de stirpe cayn ante dilu
uium. Greci vero pitagoram dicunt huius ar
tis inuenisse primordia ex malleorum soni
tu et cordarum extensione. Postea alii linum theben
et zethum et amphion in musica arte primos cla
ruisse ferunt. Post quos paulatim directa est precipue
hec disciplina et aucta multis modis. Eratque
tam turpe musicam nescire quam litteras. Interpo
nebatur enim non modo sacris sed et omnibus sollempnibus
omnibusque letis vel tristioribus rebus. Ut enim in
veneratione diuina ympni ita in nupciis ymme
nei et in funeribus treni et lamenta ad tibias
canebantur. In conuiuiis vero lira vel cithara circumferebatur
et accumbentibus singulis ordinabatur conuiuiale
genus canticorum.

Ad quid prosit musica

Itaque sine musica nulla disciplina potest esse per
fecta. Nichil enim sine illa. Nam et ipse mundus
quadam armonia sonorum fertur esse compositus
et celum ipsum sub armonie modulatione reuol
uitur. Musica mouet affectus prouocat in diuer
sum habitum sensus. In preliis quoque tube concentus pu
gnantes accendit et quanto vehementior fuerit
clangor tanto fit ad certamen animus fortior. Si
quidem et remiges cantus hortatur ad tollerandos
labores. Musica autem mulcet et singulorum
operum fatigationem modulatione vocis solatur

prima musice boecii

hortatosque animos musica sedat. sicut de david legitur qui a spiritu immundo saulem arte modulacionis eripuit. ipsasque bestias nec non et serpentes volucres atque delphines ad auditum sue modulacionis musica provocat. sed et quecumque loquimur vel intrinsecus venarum pulsibus commovemur per musicos rithmos armonie virtutibus probatur esse sociatum.

De tribus partibus musice

Musice partes sunt tres id est armonica rithmica metrica. Armonica est que decernit in sonis acutum et gravem. Rithmica est que requirit incursionem verborum utrum bene sonus an male cohereat. Metrica est que mensuram diversorum metrorum probabili racione cognoscit ut verbi gracia heroicon iambicon elegiacon et cetera.

De triformi musice divisione

Ad omnem autem sonum qui materies cantilenarum est triformem constat esse naturam. Prima est armonica que ex vocum cantibus constat. Secunda organica que ex flatu consistit. Tercia rithmica que pulsu digitorum numeros recipit. Nam aut voce editur sonus sicut per fauces aut flatu sicut per tubam ut tibia aut pulsu sicut per cytharam aut per quodlibet aliud quod percuciendo canorum est.

De prima divisione musice que armonica dicitur

Prima divisio musice que armonica dicitur id est modulacio vocis pertinet ad comedos tragedos vel choros vel ad omnes qui voce propria canunt. Hec ex animo et corpore motum facit et ex motu sonum ex quo colligitur musica que in homine vox appellatur. Vox est aer spiritu verberatus unde et verba sunt nuncupata. Proprie autem vox hominum est sive irracionabilium animancium. Nam in aliis abusive non proprie sonitum vocem vocari ut vox tube infremuit. fractasque a littore voces. Nam proprium est ut littorei sonent scopuli. et a tuba terribilem sonitum protulere canoro

Armonica est modulacio vocis et concordancia pluri-
morum sonorum vel coaptacio. Simphonia est mo-
dulacionis temperamentum ex gravi et acuto concor-
dantibus sonis sive in voce sive in flatu sive in
pulsu. Per hanc quippe voces acutiores graviores-
que concordant ut quisquis ab ea dissonuerit
sensum auditus offendat. Cuius contraria est diafo-
nia id est voces discrepantes vel dissone. Eu-
fonia est suavitas vocis hec a melota sua-
vitate et melle dicta. Diasonia est vocis
spacium ex duobus vel pluribus sonis aptatum. Die-
sis sunt spacia quedam et deductiones modulandi
atque vergentes de uno in alterum sono. Tonus est acuta
enunciacio vocis. Deinde armonie differencia et
quantitas que in vocis accentu vel tenore consistit
cuius genera in quindecim partibus musice diviserunt
ex quibus ipperlidius novissimus et acutissimus.
ippodolus omnium gravissimus. Cantus est inflexio vo-
cis. nam sonus directus est. precedit autem sonus cantum.
Arsis est vocis elevacio hec est inicium. Tesis
vocis posicio hec est finis. Suaves voces sunt
subtiles et spisse clare et acute. Perspicue vo-
ces sunt que longius protrahuntur ita ut omnem im-
pleant continuum locum. sicut clangor tubarum.
Subtiles voces sunt quibus non est spiritus qualis est infan-
cium vel mulierum vel egrotancium. sicut in nervis. Que enim
enim subtilissime corde sunt subtiles ac tenues so-
nos emittunt. Pingues sunt voces quando spiritus
multus simul egreditur sicut virorum. Acuta vox
est tenuis alta sicut in cordis videmus. Dura
vox est que violenter emittit sonos. sicut to-
nitruum. sicut incudis sonus quociens in durum
malleus percutitur ferrum. Aspera vox est rauca
et que dispergitur per minutos et indissimiles pulsus.
Ceca vox est que mox emissa fuerit conticescit
atque suffocata nequaquam longius producitur. sicut
in fictilibus. Vinnola vox est mollis atque fle-

pectoribus et vinnola dicta a vinnio · hec est
mea · non aliter inflexio · perfecta autem vox
est alta suavis et clara · alta ut in sublimi
sufficiat · clara ut aures impleat · suavis
ut animos audiencium blandiatur · Si ex hiis ali
quid defuit vox perfecta non est

De secunda divisione que organica vocatur

Secunda divisio organica in hiis que spiritu refla
te completa in sonum vocis animatur ut
sunt tube calami fistule organa pan
dora et hiis similia instrumenta · Organum
vocabulum est generale vasorum omnium musicorum.
Hec autem in follos adhibentur · quo greci nomine ap
pellant · sic autem organum dicatur magisteria vel
gallicorum grecorum consuetudo · Tuba primum a tyrre
nis inventa · de quibus virgilius Tirrenusque tube
mugire per ethera clangor · adhibebatur autem
non solum in preliis sed in omnibus festis diebus propter lau
dis vel gaudii claritatem · unde in psalterio dicitur
Canite inicio mensis tuba in die insignis sole
pnitatis vestre · preceptum enim fuerat iudeis ut
inicio nove lune tuba clangerent quod etiam e
tiamque faciunt · tibias excogitatas ferunt · has
dum quidem funeribus tantum adhibitas mox esse
sacris gentilium · tibias autem appellatas putant
quod primum de cervinis tibiis cruribusque hinnulorum
fierent deinde pabusione · ita receptas vocari
[illegible] que non de cruribus ossibusque essent · hinc
et tibicen quasi tibiarum cantus · Calamus nomen
est proprium arboris a calendo id est fundendo voces
vocatus · fistulam quidam putant a mercurio inventam
alii a fauno quem greci pan vocant · Nonnulli eam
ab idi pastore agrigentino ex sicilia · fistula
autem dicta quod vocem emittat · nam phos grece
vox stoli amissa grece appellatur · Sabuca in
musicis species est simphonias · est enim genus li
gni fragilis unde tibie componuntur · pandorius
ab inventore dicitur de quo virgilius pan primum calamos

cera coniungere plures instituit pan curat omnis
oviumque magistros. Fuit enim apud gentiles deus pa
storalis qui primum dispares calamos ad cantum
aptavit et studiosa arte composuit.

De tercia que rithmica nuncupatur

Tercia divisio rithmica pertinens ad nervos et
pulsus cui dantur species citharas diversas.
Timpanumque cimbalum sistrum acetabula
enea et argentea vel alia que metallico ri
gore percussa reddunt cum suavitate tinnitum
et cetera huiusmodi. Cithare ac psalterii
repertor tubal ut predictum est prima. Iuxta opinio
nem autem grecorum citharae usus repertus fuisse ab a
polline creditur. Forma cithare in initio similis
fuisse creditur pectori humano quod uti vox ex
pectore ita ex ipsa cantus ederet appellataque
eadem de causa nam pectus dorica lingua cithara
vocari. Paulatim autem plures eius species ex
titerunt ut psalteria cithare dure barbite feni
ces et pectides et que dicuntur indice et feriuntur
a duobus simul. Item alie atque alie et quadrata forma
vel trigonali. Cordarum etiam numerus multiplicatus
est et commutatum genus. Veteres autem citharam fidi
culam vel fidicen nominaverunt quia tam concinunt in
ter se corde eius quam bene conveniat inter quos fi
des sit. Antiqua autem cithara septem cordis erat
unde et virgilius septem discrimina vocum. Discrimina
autem ideo quia nulla corda vicine corde simi
lem sonum reddat sed ideo septem corde quia totam
vocem implent vel quia septem motibus sonat
celum. Cordas autem dictas a corde quia sicut
pulsus est cordis in pectore ita pulsus corde
in cithara. Has primus mercurius excogitavit
idemque prior in nervos sonum [struck] strinxit
psalterium quod vulgo canticum dicitur a psallendo
nominatum quod ad eius vocem chorus consonando respon
deat. Est autem similitudo cithare barbarice

in modum delte littere. sed psalterium et cithare
hec diversitas est quod psalterium lignum illud concavum
unde sonus redditur superius habet et deorsum feri-
untur corde et desuper sonant. Kithara vero conca-
vitatem ligni habet inferius. psalterium autem he-
brei decacordo usi sunt propter numerum decalogi
legis. Lira dicta a potulirin .i. a varie-
tate vocum quod diversos sonos efficiat. Liram
primum a mercurio inventam fuisse dicunt. hoc
modo. Cum regrediens nilus in suos meatus
varia in campis reliquisset animalia relicta
etiam testudo est. que cum putrefacta esset
et nervi eius remansissent extenti intra
corium percussa a mercurio sonitum dedit ad cuius
speciem mercurius liram fecit et orpheo tradidit
qui eius rei maxime erat studiosus. Unde et
existimatur eadem arte non feras tantum sed et
saxa atque silvas cantus modulatione applicui-
sse. Hanc musici propter studii amorem et car-
minis laudem etiam inter sidera suarum fabularum
commentis collocatam esse finxerunt. Timpa-
num est pellis vel corium ligno ex una parte
extentum. Est enim pars media simphonie in
similitudinem cribri. timpanum autem dictum est
unde et margaritum medium timpanum dicitur
ut ipsum ut simphonia ad virgulam percutitur.
Cimbala acetabula quedam sunt que percussa
invicem se tangunt et faciunt sonum. dicta autem
cimbala quia cum ballematia simul percutiuntur
cum enim greci dicunt cimbala ballematia. Si-
strum ab inventore vocatum ysis enim regina egi-
ptiorum illud genus invenisse probatur. Iuvenalis. Ysis
et irato feriat mea lumina sistro. Inde et
hoc mulieres percutiunt. quod inventor huius generis mulier
unde et apud amazonas sistra ad bellum femineus
exercitus vocabatur. Tintinnabulum de sono vocis

nomen sumpsit, sicut et plausus manuum. stridor val-
varum. Simphonia vulgo appellatur lignum cavum
ex utraque parte pelle extenta quam virgulis hinc
et inde musici feriunt. Fit quoque in ea ex concordia
gravis et acuti suavissimus cantus.

Numerus musice

Numeros autem secundum musicam ita queris positis
extremis ut puta sex et decimus dimi-
dius. vides quot monadibus superet sex ad
duodecim. et quia sex monadibus duobus per quadra-
tum sexies seni faciunt triginta sex. coniungis ex-
trema illa prima sex ad duodecim simul efficiunt
decem et octo. partitis tricies sexies per decem et
octo efficiat dipondium. hos iungis cum summa mino-
re id est sexies et octo et erit medium inter sex
et duodecim. Enim quia octo superant sex dua-
bus monadibus id est tria de sexies et superant
octo ad duodecim quatuor monadibus tria por-
tione. qua parte ergo superat eadem superatur. Sed hec
ratio quemadmodum in mundo est ex volubilitate cir-
culorum ita et in microcosmo sive in tantum preter
vocem valet ut sine ipsius perfectione etiam homo
simphoniis carens non consistet. eiusdem musice
perfectione etiam metra consistunt in arsis et thesis id est
elevatione et positione.

Partes musice ysidori

Musica scientia est disciplina que de numeris loquitur
qui ad aliquid sunt his qui inveniuntur in sonis
ut duplum triplum quadruplum et his similia que
dicuntur ad aliquid. Musice partes sunt armonica
rithmica metrica. Armonica est scientia que discernit
in sonis acutum et gravem. Rithmica est que requi-
rit incursionem verborum utrum bene sonus an ma-
le cohereat. Metrica est que mensuras diversorum
metrorum probabili ratione cognoscit ut verbi gratia hero-
icon. iambicon. eleiacon. et cetera. Instrumentorum musico-
rum genera sunt tria. percussionales. ten-

biles. inflatiles. percussionalia. alia sunt
agitabilia. enea et argentea. ut alia que metal
lico rigore percussa reddunt cum suavitate tinnitum
Tensibilia sunt cordarum fila sub arte religata
quemadmodum plectro percussa mulcent aurium
delectabiliter sensum. in quibus sunt species citharum
diversarum. Inflatilia sunt que spiritu reflante
completum sonum vocis animantur. ut sunt tube
calami organa pandoria et cetera huius
Restat ut nunc de simphoniis dicere debeamus Sim
phonia est temperamentum sonitus gravis ad acutum
et acuti ad gravem modulamine efficiens sive
in voce sive in percussione sive in flatu. Sim
phonie autem sunt sex

prima diatesaron	secunda diapente	tertia diapason	quarta diapason sive et diatesaron	quinta diapason sive et diapente	sexta disdiapason

Diatesaron simphonia est que constat ex ratione a
epitrita et fit ex sonitibus quatuor. unde et nomen
accepit Diapente simphonia est que constat b
ex ratione emiolia et fit ex sonitibus quinque unde
et nomen accepit Diapason simphonia est que ex c
id est de octo dicitur constat ex ratione diplasia. hec est
dupla fit autem per sonitus octo unde et nomen acce
pit sive de octo sive diapason. quia apud ve
teres cithare ex octo cordis constabant diapason
ergo de octo quia ex omnibus sonitibus constat. Dia d
pason sive et diatesseron simphonia est que
constat ex ratione quam habent ex quatuor nunc ad octo
fit autem ex sonitibus sex aut per sonitus septem.
Diapason sive et diapente simphonia est que e
que constat ex ratione triplasia. Disdiapa f
son id est dupla diapason simphonia est que
constat ex ratione tetraplasia fit autem per sonitus
quindecim. Tonus est totius constitutionis armonie g
differentia et quantitas que in vocis accentu sive tenore
constitit

Ipodorius · ipoiastius · iposrigius · ipoeolius ·
ipolidius · dorius · iastius · phrigius · aeolius
lidius · hiperdorius · hiperiastius · hyperfri
gius · iperaeolius · hyperlidius ·

a Ipodorius tonus est omnium gravissime sonans unde quod
b et gravior nuncupatur Ipoiastius autem ipo
c dorium semitonio precedit Iposrigius est ipoia
d stium semitonio ipodorium tono precedens Ipoeolius
est iposrigium semitonio ipoiastium tono ipodor
e ium tono semis precedens · Ipolidius est ipoeo
lium semitonio iposrigium tono ipoiastium tono
f semis ipodorium ditono precedens · Dorius
est ipolidium semitonio ipoeolium tono · iposri
gium tono semis ipoiastium ditono ipodorium
quod est bis semis tonis · hec est diatesaron sim
phonia precedens · Iastius est dorium semitonio ipo
g lidium tono · ipoaeolium tono semis · iposri
gium ditono · ipoiastium duobus semis · hec est
diatesaron simphonia ipodorium tribus tonis
h precedens Eolius phrigium semitonio iastium to
no · dorium tono semis · ipolidium duobus semis
hec est diatessaron simphonia iposrigium tribus
ipoiastium tribus semis hec est diapente simpho
nia ipodorium quatuor tonis precedens · Lidius
i aeolium semitonio · frigium tono iastium tono se
mis · dorium duobus tonis ipolidium duobus semis
tonis · hec est diatessaron simphonia ipoeolium
tribus tonis · iposrigium tribus semis tonis · hec
est diapente simphonia ipoiastium quatuor tonis
k ipodorium quatuor semis precedens Hiperdorius est
lidium semitonio aeolium tono phrigium tono
semis iastium duobus tonis dorium duobus
semitoniis · hec est diatesaron simphonia ipo
lidium tribus tonis ipoaeolium tribus semis hec
est diapente simphonia · iposrigium quatuor ipo

iastiū quatuor semis ipodoriū quinque. Hiperiastius e
est ipodoriū semitonio. lidiū tono. aeoliū to
no semis. frigiū duobus tonis. doriū duobus
semis. Hec est diatesseron simphonia. ypolidiu
tribus tonis. ypoeoliū tribus semis tonis. hec
est diapente simphonia. ipofrigiū quatuor. ipo
iastiū quatuor semis. ipodoriū quinque. Hiper
iastius est ipodoriū semitonio. lidiū tono. aeo
lidiū tono semis. frigiū duobus tonis. iastiū
duobus semis. hec est diatesseron simphonia. Do
riū tribus tonis. ipolidiū tribus semis tonis. hec
est diapente simphonia. ipoaeoliū quatuor tonis.
ipofrigiū quatuor semis tonis. ipoiastiū quinque
tonis. ipodoriū quinque semis. Hiperfrigius
iperiastiū semitonio. iperdoriū tono. lidiū to
no semis. aeoliū duobus. frigiū duobus semis.
Hec est diatesseron simphonia. iastiū tribus to
nis. doriū tribus semis. Hec est diapente simpho
nia. ipolidiū quatuor tonis. ipoaeoliū quatuor
semis. ypofrigiū quinque. ipoiastiū quinque semis.
ypodoriū sex. hec est diapason simphonia pre
cedens. Hyperaeolius est iperfrigiū semi
tonio. hiperiastiū tono. iperdoriū tono se
mis. lidiū duobus tonis. aeoliū duobus se
mis. hec est diatesseron simphonia. frigiū tribus
tonis. iastiū tribus semis tonis. Hec est dia
pente simphonia. doriū quatuor tonis. ypoli
diū quatuor semis. ipoaeoliū quinque. ypofrigiū
quinque semis. ipoiastiū sex tonis. hec est simpho
nia diapason. yperlidius est novissimus et acu
tissimus omnium. iperaeoliū semitonio. yperfrigiū
tono semis. yperiastiū duobus tonis. lidiū
duobus semis. Hec est diatesseron simphonia.
aeoliū tribus. frigiū tribus semis. hec est diapente
simphonia. iastiū quatuor tonis. doriū quatuor
semis. ypolidiū quinque. ypoaeoliū quinque semis
tonis. ypofrigiū sex tonis. Hec est diapason
simphonia. ypoiastiū sex semis tonis. ypo
doriū septem tonis. Unde claret quod ypolidius
tonus omnium acutissimus septem tonis precedit ypodo

dolū oīuꝫ ꝯnissimū · ī q̄bꝰ et varro meminit ta
te vtilitatis vius ostensa ē ut exitaret aios
sedaret · ipasq̄ꝫ bestias herraret · serpētes volu
cres atqꝫ delphinos ad auditū sue modula
tionis attrahēt Tropi sūt q̄ꝺidem · sed pricipa
les sūt q̄ꝫ qꝫ q̄bꝰ bim ꝯtinent

pꝰ
lidius
yperlidius ypolidius

2ꝰ
iastius
ypoiastius yperiastius

3ꝰ
eolius
ypoeolius ypereolius

4ꝰ
frigius
ypofrigius yperfrigiꝰ

5tus
dorius
ypodorius yperdorius

In hꝯ ꝯsto t'nary et q̄t'nary cumlat' q' ex
his ꝓmi nūi int' q̄s epogdous ꝯpoit' xc
ant' · Nouenaꝛꝰ eni exut'nalo id ē ꝺserpo nu
triplicato · Octonaꝛꝰ vo exq̄t'nalo geminato
gignit' · int' octonaꝛū vo et nouenaꝛū e
pogdoum esse maifestū est · epogdous
aūt ī nūis tonꝰ ī musica uorat'

Sequitur musica Boecij Sāti Seuen

Incipit musice institucōnis liber pmꝰ
Pheimiū musicā nālit' nobis esse ꝯiūctaꝫ
et mores ul' honestare ul' euertē · liber
iamcij musice seuerij boecij scti martiris

[illegible gloss] ... sensuum et [illegible]

Omnium quidem perceptio sensuum ita sponte ac naturaliter quibusdam viventibus adest, ut sine his animal non possit intelligi. Sed non aeque eorundem cognitio ac firma perceptio animi investigatione colligitur. Inlaboratum est enim quod sensus percipiendis sensibilibus rebus adhibemus. Quae vero sit ipsorum sensuum secundum quos agimus natura, quae rerum sensibilium proprietas, id non obvium neque cuiquam explicabile esse potest, nisi quem conveniens investigatio veritatis contemplatione direxerit. Adest enim cunctis mortalibus visus, qui utrum venientibus ad visum figuris an ad sensibilia radiis emissis efficiatur, inter doctos quidem dubitabile est, vulgum vero ipsa dubitatio praeterit. Rursus cum quis triangulum respicit vel quadratum, facile id quod oculis intuetur agnoscit, sed quaenam quadrati vel trianguli sit natura, a mathematico necesse est petat. Idem quoque de ceteris sensibilibus dici potest, maximeque de arbitrio aurium, quarum vis ita sonos captat, ut non modo de his iudicium capiat differentiasque cognoscat, verum etiam delectetur saepius, si dulces coaptatique sint modi, angatur vero, si dissipati atque incohaerentes feriant sensum. Unde fit ut, cum sint quattuor matheseos disciplinae, ceterae quidem in investigatione veritatis laborent, musica vero non modo speculationi verum etiam moralitati coniuncta sit. Nihil est enim tam proprium humanitatis, quam remitti dulcibus modis, astringi contrariis. Idque non sese in singulis vel studiis vel aetatibus tenet, verum per cuncta diffunditur studia, et infantes ac iuvenes nec non etiam senes ita naturaliter affectu quodam spontaneo modis musicis adiunguntur, ut nulla omnino sit aetas, quae a cantilenae dulcis delectatione seiuncta sit. Hinc etiam internosci potest non frustra

[illegible marginal glosses]

Quattuor sunt matheseos disciplinae: arismetica, geometria, musica, astronomia. Secundo quid est mathesis: doctrinalis scientia, quae dicitur doctrinalis scientia quia abstractas considerat quantitates. Quattuor sunt abstractae quantitates, quae sine materia ... intellectu tractantur ... quantitatibus vero multitudines, magnitudines, parvitates, ... formae, qualitates, habitudines, quae ut ... [illegible] ... in corporibus ... permutantur et tactu variabiles ... alias in arismetica, alias in musica, alias in geometria, alias in astronomia considerant. Haec enim quattuor disciplinae non sunt

a platone dictum sit. mundi animam musica convenientia
fuisse coniunctam. Cum enim eo quod in nobis est iunctum
convenienterque coaptatum illud excipimus quod in sonis
apte convenienterque coniunctum est. eoque delectamur. nos
quoque ipsos eadem similitudine compactos esse cognoscimus.
Amica est enim similitudo. dissimilitudo odiosa atque contraria.
Hinc etiam morum quoque maxime permutationes fiunt. La
scivus quippe animus vel ipse lascivioribus delectatur
modis vel saepe eosdem audiens emollitur ac fran
gitur. Rursus asperior mens vel incitatioribus gau
det vel incitatioribus asperatur. Hinc est quod modi
etiam musici gentium vocabulo designati sunt. ut
lidius modus et frigius. Quo enim quasi una quae
que gens gaudet. eodem modus ipse vocabulo nun
cupatur. gaudet vero gens modis morum si
militudine. neque enim fieri potest ut mollia du
ris. dura mollioribus annectantur. ut gaude
ant. sed amorem delectationemque ut dictum est similitudo
conciliat. Unde plato etiam maxime cavendum existi
mat. ne de bene morata musica aliquid permutetur.
Negat enim esse ullam tantam morum in re publi
ca labem quam paulatim de pudenti ac modesta
musica invertere. Statim enim idem quoque audientium
animos pati paulatimque discedere. nullumque ho
nesti ac recti retinere vestigium. si vel per lasciviores
modos inverecundum aliquid vel per asperiores ferox
atque inmane mentibus illabatur. Nulla enim ma
gis ad animum disciplinis via quam auribus
patet. Cum ergo per eas rithmi modique ad animum usque
descenderint. dubitari non potest quin aequo modo mentem
ipsa sibi efficiat atque conformet. Id vero etiam in
telligi in gentibus potest. Nam quae asperiores sunt getarum
durioribus delectantur modis. quae vero mansuetae
mediocribus. quamquam id hoc tempore pene nullum est.
Cum vero lascivum ac molle est genus humanum
id totum scenicis ac theatralibus modis tenetur.
Fuit vero pudens ac modesta musica dum sim

Quatuor mathematicas artes per diversos operum aliquisque et creaturarum mirabilissimis rerum
ingeniis invenerunt ... [illegible] ... deum et sapientiam eius divi
nitate ... deum glorificaverunt aut gratias egerunt. Arismetica est disciplina quantitatis numerabilis
per se. Musica est disciplina ... sonalis quantitates vocum
atque differentiam numeros quae ad aliquid respicit quae inveniuntur in sonis. Geometria est di
sciplina magnitudinis immobilis et formarum. Astronomia est disciplina magnitudinis
mobilis quae cursus celestium corporum et figuras contemplatur omnes et habitudines stellarum circa se et circa terram
intelligibili ratione ... [illegible] ... in totalitate sue musice

pluribusque organis agitur. Ubi vero valde permixta est et
fracta est, amisit gravitatis atque virtutis modum
et pene in turpitudinem prolapsa minimum antiquam
speciem servat. Unde Plato precipit minime oportere
pueros ad omnes modos erudiri, sed potius ad
valentes ac simplices. Atque hic maxime reti
nendum est illud quod si quo per parvissimas mu
tationes hinc aliquid permutatur, recens quidem
minime sentiri, postea vero magnam differentiam et per
aures ad animum usque delabi. Idcirco magnam cu
stodiam rei publice esse Plato arbitratur musicam
optime moratam pudenterque coniunctam, ita
ut sit modesta ac simplex et mascula nec
effeminata nec fera nec varia. Quod Lacedemo
nii maiore opere servavere, cum apud eos Thale
tas Cretensis Gortinus magno pretio ad scitus
pueros disciplina musice arte imbueret. Fuit
enim id antiquis in more diuque permansit. Cum
vero eis Timotheus Milesius super eas quas ante
reperiebat unam addidit ac multiplicem mu
sicam fecit, eicitur de Laconica. Consultum de eo
factum est, quod quoniam insigne et Spartiatarum lingua
ipsa Greca scriptum est, verbis tamen ipsis de eo consultum hic de
verbis Grecis apposui Grecis. Quod consultum id sibi conti
netur, idcirco Timoteo Milesio Spartiatas succensuisse
fuisse, quod multiplicem musicam reddens pueros
animos quos acceperat erudiendos efficeret et
virtutis modestia impediret, et quod armoniam quam
modestam susceperat in genus cromaticum quod mollius
sit invertisset. Tanta igitur apud eos fuit
musice diligentia ut eam animos quoque obtinere ar
bitrarentur. Vulgatum quippe est quam sepe iracundias
cantilena repressit, quam multa in corporibus
humanorum affectionibus miracula perfecit. Cui
enim est illud ignotum quod Pitagoras ebrium
adolescentem Tauromitanum Phrigii modi
sono incitatum succinente spondeo reddidit
mitiorem et sui compotem. Nam cum scortum in
rivalis domo esset clausum atque ille furens

domum vellet ambulare. cumque pitagoras
stellarum cursus ut mos erat nocturnus inspiceret / ubi
intellexit sono frigii modi incitatum / multis
amicorum monitionibus a facinore noluisse
desistere / mutari modum precepit. atque ita furentis
animum adolescentis ad statum mentis pacatissime
temperavit / quod scilicet marcus tullius commemorat in eo
libro quem de consiliis suis composuit. aliter quidem. sed
tamen ita. sed ut aliqua similitudine adductus
maximis minima conferam / ut cum vinolenti ado
lescentes / tibiarum etiam cantu / ut fit instincti mulieris
pudice fores frangerent / admonuisse tibicinam
ut spondeum caneret. pitagoras dicitur. quod cum illa
fecisset / tarditate modorum et gravitate canentis
illorum furentem petulantiam consedisse / sed ut simi-
lia breviter exempla conquiram. terpander atque arion met
hymeneus. lesbios atque iones gravissimis
morbis cantus eripuere. presidio ismenias
vero thebanus boeciorum pluribus quos ischiadici doloris
tormenta vexabat modis fertur cunctas ab
stersisse molestias. itemque empedocles cum eius ho
spitem quidam gladio furibunde invaderet. quod eius
ille patrem accusacione dampnasset inflexisse
dicitur modum canendi. ita quod adolescentis iracundiam
temperasse. in tantum vero prisce philosophie studiis
vis musice artis innotuit ut pitagorici cum
diurnas in sompno resolverent curas quibusdam can
tilenis uterentur ut eis lenis et quietus sopor
irreperet. itaque experrecti aliis quibusdam mo
dis stuporem sompni confusionemque purgabant. id
nimirum scientes quod tota nostre anime corporisque
compago musica coaptacione coniuncta sit. nam ut
sese corporis affectus habet. ita et pulsus cordis
motibus incitantur. quod scilicet democritus ypocrati
medico tradidisse fertur. cum eum quasi in
sanum cunctis democriti civibus id opinantibus
in custodia medendi causa viseret. sed quorsum
ista. quia non potest dubitari quin nostre anime et corporis

status eisdem quodammodo proportionibus videatur esse compositus, quibus armonicas modulaciones posterior disputacio coniungi copularique monstrabit. Inde est enim quod infantes quoque cantilena dulcis oblectat, aliquid vero asperum atque inmite ab audiendi voluptate suspendit. Nimirum id et omnis etas patitur omnisque sexus, que licet suis actibus distributa fuit, una tamen musice delectacione coniuncta sunt. Quid enim cum in fletibus luctus ipsos modulantur dolentes. Quod maxime muliebre est, ut cum cantico quodam dulcior fiat causa deflendi. Id eciam fuit antiquis in more, ut cantus tibie luctibus preiret. Testis est Papinius Stacius hoc versu: Cornu grave mugit adunco tibia, cui teneros suetum producere manes. Et qui suaviter canere non potest sibi tamen aliquid canit, non quod eum aliqua voluptate id quod canit afficiat, sed quod quandam insitam dulcedinem ex animo proferentes, quoquo modo proferant delectantur. Nonne illud eciam manifestum est in bellum pugnancium animos tubarum carmine accendi, quod fieri simile est ab animi pacato statu quemquam ad furorem atque iracundiam posse proferri. Non est dubium quod conturbate mentis iracundiam vel nimiam cupiditatem modestior modus possit astringere. Quid quod cum aliquis cantilenam libencius auribus atque animo capit, ad illud eciam non sponte convertitur, ut motum aliquem similem audite cantilene corpus effingat, et quod omnino aliquod melos auditum sibi memor animus ipse decerpat, ut ex his omnibus perspicue nec dubitanter appareant, ita nobis musicam naturaliter esse coniunctam, ut ea nec si velimus quidem carere possimus. Quocirca intendenda vis mentis est, ut id quod natura est insitum, scientia quoque possit comprehensum teneri. Sicut enim in visu quoque non sufficit eruditis colores formasque conspicere, nisi eciam que sit horum proprietas investigaverint, sic non sufficit cantilenis musicis delectari, nisi eciam quali inter se coniuncte sint vocum proporcione discatur.

Ordo theorematum [illegible] dictat in 2° [illegible]

Tres sunt musice in quo de musice naturali differencia

Principio igitur de musica dicenti illud interim
dicendum videlicet quot musice genera ab eius studi
osis comprehensa esse noverimus. Sunt autem tres
et prima quidem mundana est. Secunda vero humana. Tertia
que in quibusdam constituta est instrumentis ut in ci
thara ut tibiis ceterisque que cantilenis famulan
tur. Et primum ea que est mundana in hiis maxime perspi
cienda est que in ipso celo et compage elementorum
et temporum varietate visuntur. Qui enim fieri potest
ut tam velox celi machina tacito silentique cursu
moveatur. Et si ad nostras aures sonus ille non
pervenit quod multis de causis esse necesse est non poterit
tamen motus tam velocissimus ita magnorum corporum
nullos omnino sonos ciere. Cum presertim tanta
sint stellarum cursus coaptacione coniuncti ut nichil
eque compaginatum nichil ita coniunctum possit intelli
gi. Nam alii excelsiores alii inferiores feruntur
atque ita omnes equali incitacione volvuntur ut per dispares
inequalitates ratus eorum cursuum ordo ducatur. Unde non potest
ab hac celesti vertigine ratus ordo modulacionis
absistere. Iam vero quatuor elementorum diversitates
contrariasque potencias nisi quedam armonia coniungeret
qui fieri posset ut in unum corpus ac machinam
convenirent. Sed hec omnis diversitas ita et temporum
varietatem parit et fructuum ut tamen unum anni corpus
efficiat. Unde si quid horum que tantam varietatem
rebus ministrant animo et cogitacione decerpas
cuncta pereant nec ut ita dicam consonum quicquam
servent. Et sicut in gravibus cordis is vocis est mo
dus ut non ad taciturnitatem gravitas usque descen
dat atque in acutis ille custoditur acuminis modus
ne nimium tense nervi vocis tenuitate rumpantur
sed totum sibimet sit consentaneum atque conveniens
ita etiam in mundi musica pervidemus nichil ita esse
nimium ut alterum propria nimietate dissolvat
verum quicquid illud est aut suos affert fructus
aut aliis auxiliatur ut afferant. Nam quod
constringit hiemps ver laxat torret estas

maturat autumpnusque temperat vicissim vel ipsa suos
afferunt fructus vel aliis ut afferant subministrat
de quibus posterius studiosius disputandum est. Huma
nam vero musicam quisquis in se ipsum descen[dit] intelli
git. Quid est enim quod incorpoream rationis viva
citatem corpori misceat nisi quedam coaptatio
et veluti gravium leviumque vocum quasi unam consona
ntiam efficiens temperatio. Quid est aliud quod ipsius
inter se partes anime coniungat. que ut Aristoteli pla
cet ex rationabili inrationabilique coniuncta sunt. Quid
vero quod corporis elementa permisceret aut partes sibi
met rata coaptatione contineret. Sed de hac quoque po
sterius dicam. Tertia est musica que in quibusdam
consistere dicitur instrumentis. Hec vero administratur aut
intentione ut nervis. aut spiritu ut tibiis. vel
his que ad aquam moventur. aut percussione quadam
ut in hiis que in concava quedam erea feriuntur atque
inde diversi efficiuntur soni. De hac igitur instrumen
torum musica primo hoc opere disputandum videtur.
Sed proemii satis est. Nunc de ipsis musice modu
lationibus elementis disserendum elementis

Cap[itulum] iiii de vocibus ac musice elementis

Consonantia que omnem musice modulationem
regit preter sonum fieri non potest. Sonus vero
preter quendam pulsum percussionemque non redditur
pulsus vero atque percussio nullo modo esse potest
nisi precesserit motus. Si enim cuncta sint immobilia
non poterit alterum alteri concurrere ut alterum impellatur
ab altero. Sed cunctis stantibus motuque carentibus
nullum fieri necesse est sonum. Idcirco diffinitur sonus
percussio aeris indissoluta usque ad auditum. Mo
tuum vero alii sunt velociores alii tardiores. Eorundem
que motuum alii rariores sunt alii spissiores. Nam
si quis in continuum motum respiciat ibi aut ve
locitatem aut tarditatem necesse est comprehendat
sin vero quis moveat manum aut frequenti mo
tu eam movebit aut raro. Et si tardus
quidem fuerit ac rarior motus graves necesse

re sonos efficiat ipsa tarditate et raritate pellendi.
Quae vero sunt motus celeres ac spissi acutos neces-
se reddi sonos. Idcirco enim idem nervus si intendatur
amplius acutum sonat si remittatur grave. Quando
enim tensior est velociorem pulsum reddit celeriusque
redit et frequentius ac spissius aerem ferit. Qui
vero laxior est solutos ac tardos pulsus efficit
rarosque ipsa imbecillitate feriendi nec diutius
tremit. Neque enim quotiens chorda pellitur unus edi
tantum putandus est sonus aut unam in his
esse percussionem sed totiens aer feritur quotiens eam chor-
da tremebunda percusserit. Sed quoniam iunctae
sunt velocitates sonorum nulla intercapedo sen-
titur auribus et unus sonus sensum pellit vel gra-
vis vel acutus quamvis uterque ex pluribus constet
gravis quidem ex tardioribus et rarioribus acutus vero
ex celerioribus ac spissis velud ut si conum quem
turbinem vocant quis diligenter extorqueat eique
unam virgulam coloris rubri vel alterius ducat et
eum qua potest celeritate convertat. Tunc totus co-
nus rubeo colore videtur infectus non quod totus
ita sit sed quod partes quas rubrae virgulae velo-
citas comprehendat et apparere non sinat. Sed de his
posterius. Igitur quoniam acutae voces spissioribus et ve-
locioribus motibus incitantur graves vero tardiori-
bus ac raris liquet addicione quadam mo-
tuum ex gravitate acumen intendi. Detractione vero
motuum laxari ex acumine gravitatem. Ex plu-
ribus enim motibus acumen quam gravitas. In quibus
autem pluralitas differentiam facit ea necesse est in quadam nu-
merositate consistere. Omnis vero paucitas ad pluralitatem
ita se habet ut numerus ad numerum comparatus. Eorum vero quae secundum
numerum conferuntur partim sibi sunt aequalia partim
inaequalia. Quocirca soni quoque partim sunt aequales
partim vero sunt inaequalitate distantes. Sed in his vo-
cibus quae nulla inaequalitate discordant nulla omnino con-
sonantia est. Est enim consonantia dissimilium inter se

vocat in unum redacta concordia / in de speciebus inequalitatis [illegible]

Que vero ~~[illegible]~~ sunt inequalia
quinque inesse modis inequalitatis momenta mon-
strant aliquid enim alterum ab altero multiplicitate
transcendit · aut superparticularibus · aut pluribus aut
multiplicitate et parte aut multiplicitate et pluribus
partibus. Primum quidem inequalitatis genus multiplex appel-
latur est vero multiplex ubi maior numerus minorem
numerum habet in se totum vel bis vel ter vel quater
ac deinceps · nichilque deest nichil exuberat · ap-
pellaturque vel duplum vel triplum vel quadruplum
atque ad hunc ordinem in infinita progreditur · Secundum
vero inequalitatis genus est quod appellatur superparticulare, id
est cum maior numerus minorem numerum habet in se totum
et una eius aliquam partem eamque vel dimidiam
ut tres duos et vocatur sesqualtera proportio
vel terciam ut quatuor ad tres et vocatur sesquitercia atque
ad hunc modum ceteri posterioribus numeris partes ali-
quas et maioribus super minores minores continentur
Tercium vero genus inequalitatis · quando maior numerus
totum intra se minorem continet · et eius aliquantas
superpartes · et si duas quidem super se continet vo-
cabitur proportio superbipartiens ut sunt quinque ad
tres · Si vero tres super continet vocabitur super-
tripartiens ut sunt septem ad quatuor et in ceteris
quidem eadem esse perspiciendo patet · Quartum vero est inequali-
tatis genus quod ex multiplici et superparticulari
coniungitur · cum scilicet maior numerus habet in se minorem
numerum vel bis vel ter vel quotiencumlibet atque eius
unam aliquam partem · et si eum bis habet et eius di-
midiam partem vocabitur duplex sesqualter ut sunt quinque
ad duo · Si vero bis minor continebitur et eius
terciam partem vocabitur duplex sesquitercius ut sunt septem
ad tres · Si vero ter continebitur et eius dimidiam
partem vocabitur triplex sesqualter ut sunt septem ad
duo · atque ad eundem modum in ceteris et multi-
plicitatis et superparticularitatis vocabula vari

antur. Tertium genus relinquitur quod appellatur multiplex superparticularis qui numerus numero comparatus totum plus quam semel et eius plus quam unam aliquam partem. Et si bis maior numerus minorem continebit duasque eius insuper partes vocabitur duplex superbipartiens ut sunt tres ad octo. Et huiusmodi triplex superpartiens ac deinceps. Id de quo nunc strictim ac breviter explicavimus quoniam in libris quos de arismetica institutione conscripsimus. v.

~~que inequalitatis species consonantiis aptentur~~

Que inequalitatis species consonantiis aptetur

Ex his igitur inequalitatis generibus posterioria duo quae ex superioribus mixta sunt relinquatur de tribus vero prioribus speculatio facienda est. Optime igitur maior ad comparatam partem videtur multiplex. Post superparticularis. Superpartiens vero ab armonie continentia separatur ut tamen ptolomeo non videtur.

vi Cur multiplex et superparticularis consonantiis deputentur

~~Sed multiplicitas ac superparticularitas~~ Patent. Constat ~~consonantiis deputari~~ probantur ratione convenientia quod sit natura simplicia et quod continuitas et aequalitas in ipsa pluralitate consistunt. Ea magis videbuntur suavia quae discretae proprietatem quantitatis poterint custodire. Nam cum sit alia quidem discreta quantitas, alia vero continua, ea que discreta est in minimo quidem finita est sed in infinitum per maiora procedit. Nam in ea minimum est unitas eademque finita est, in infinitum vero modo pluralitatis augetur ut numerus qui cum a finita incipiat unitate crescendi non habet finem. Rursus quae est continua tota quidem finita est sed per infinita minuitur. Linea enim quae continua est in infinita semper partes dividenda est ut sit eius summa ut pedalis et quas alias diffinit mensuras. Haec ergo numerus in infinita crescit. Continua vero quantitas in infinita

minuit. Multiplicatas igitur quae sive crescendo
non habet finem in maiore fiat natura. Superparticularis
autem quae in infinitum minores minuit semper
fiat quamvis quantitate. Minuit autem mi-
norem cum super eum habet eius vel dimidiam par-
tem vel terciam vel quartam vel quintam. Nam semper
... a maiore numero denominata ipsa decrescit
nam cum tercia a tribus denominata sit quarta vero a
quattuor cum quattuor tres superent. quarta porcio
quam tercia simplicior fuerit. Superparticularis
vero iam quadam modo simplicitate descendit du-
as vel tres vel quattuor habet insuper partes
et a simplicitate descendens exuberat ad quan-
dam partium pluralitatem. Rursus multiplicatas
omnis in integritate se continet. Nam duplum bis
habet totum minorem. Triplum vero continet totum mi-
norem atque ad eundem modum cetera. Superpar-
ticularitas vero non integras servat sed vel
dimidia superat vel tercia aut quinta. Et in
divisionum singulis ac simplicibus partibus operatur
superparticularitas autem requisitas non fiat integras
non singulas adimunt partes. Atque ideo sunt
pithagorici minime musicas consonanciis
adhibent. Ptolomeus tamen eas hac propor-
cionem inter consonancias ponit ut posterius ostendatur

VII. Quae proporciones quibus consonanciis aptentur

Illud tamen esse cognitum debet quod omnes musice conso-
nancie aut in duplici aut in triplici aut in qua-
druplici aut sesquialtera aut in sesquitercia propor-
cione consistant. Et vocabitur quidem quae sesquitercia
est diatessaron in sonis. Quae in numeris sesquial-
tera diapente appellatur in vocibus. Quae vero
in proporcionibus dupla est diapason in consonanciis
tripla vero diapente ac diapason. Quadrupla
autem bis diapason. Et nunc quidem veluti
atque indiscrete dictum sit posterius vero omnis
racio proporcionum lucebit. VIII. Quid sit sonus

Quid intervallum · quid consonancia

Sonus igitur est vocis ~~[illegible]~~ casus emmeles
id est aptus melo in unam intensionem. Sonum vero
non generalem nunc volumus diffinire, sed eum qui
Grece dicitur ptongos dictus a similitudine loquendi id est
q oertotom. Intervallum vero est soni acuti gra-
visque distancia. Consonancia est acuti soni gravisque
mixtura suaviter uniformiterque auribus accidens.
Dissonancia vero est duorum sonorum sibimet per-
mixtorum ad aurem veniens aspera atque iniucunda per-
cussio. Nam dum sibimet misceri nolunt et
quodammodo integer uterque nititur pervenire, cumque
alter alteri officiat, ad sensum insuaviter uterque
transmittit.

ix. Non omne iudicium esse dandum sensibus sed amplius racioni esse credendum in quo de sensuum fallacia:

Sed de his itaque ponimus ut non omne iudicium
sensibus demus, quamquam a sensu aurium huius
artis sumatur omne principium. Nam si nullus
esset auditus, nulla omnino disputacio de vocibus
contigisset. Sed principium quodammodo et quasi admonicionis
vicem tenet auditus, postrema vero perfectio a-
gnicionisque vis in racione consistit. Que certis
regulis sese tenens nunquam ullo errore prolabi-
tur. Nam quid diutius dicendum est de errore sensuum quando
nec omnibus eadem sentiendi vis nec eidem homini semper
equalis est. Frustra autem vario iudicio quisquam com-
mitteret quod verum affectet inquirere. Quocirca Pi-
tagorici medio quadam firmiter retinent. Nam neque
omne iudicium dederunt auribus et quedam tamen ab eis non
nisi auribus explorantur. Ipsas etenim consonancias
aure metiuntur, quibus vero inter se distanciis
consonancie differant, id iam non auribus, quorum sunt
obtusa iudicia, sed regulis racionique permittunt
ut quasi obediens quidam famulusque sit sensus
iudex vero atque imperans racio. Nam aliter

sic omnis pene ars atque ipsius vite momenta sen
suum occasione producta sunt. Illud tamen in hiis
iudicium esto. nulla in sensibus comprehensio si arbitrium
racionis abscedat. Ipse enim sensus eque maxi
mis minimisque corrumpitur. Nam neque minima
sentire propter ipsorum sensibilium paruitatem potest
et maioribus sepe confunditur ut in vocibus. quas
si minime sint difficilius captat auditus. si
sint maxime ipsius sonitus intencione surdescit

X Quemadmodum pitagoras porciones consonancias investigauerit

Hec igitur maxime causa fuit cur relicto auri
um iudicio pitagoras ad regularum momenta
migrauerit. qui nullis humanis auribus credens
que partim natura partim eciam extrinsecus accidentibus
permutantur partim ipsis variantur etatibus. Nullis
eciam deditus instrumentis penes que sepe multa va
rietas atque inconstancia nasceretur. dum nunc quidem
si neruos velis aspicere vt aer timidior
pulsus obtunderet vt siccior excitaret aut alio
quodam modo statum prioris constancie permutaret ut
magnitudo corde graviore redderet sonum. ut
acumen subtilior tenuaret. Et cum idem esset
in ceteris instrumentis omnia hec inconsulta minimeque
estimans fidei dignaque estimans ingerebat qua ra
cione firmiter et constanter consonanciarum momenta
perdisceret. Cum interea diuino quodam nutu preteri
ens fabrorum officinas pulsos malleos exau
dit ex diuersis sonis vnam quodammodo concinenciam
personare. Ita igitur ad id quod diu inquirebat at
tonitus accessit ad opus diuque considerans ar
bitratus est diuersitatem sonorum ferientium vires
efficere atque ut id apercius colliqueret mutare inter
se malleos imperauit. Sed sonorum proprietas non in
hominum lacertis herebat. sed mutatos malleos
comitabatur. Ubi igitur id animaduertit malleorum
pondus examinat. et cum quinque essent forte
mallei dupli reperti sunt pondere qui sibi

secundum diapason consonantiam respondebant. Et
unde eadem, que duplus esset alio, sesquitertius
alterius comprehendebatur, ad quem scilicet diatessaron sonabat
ad alium vero quendam, quem eadem diapente conso-
nantia iungebat, eundem superiorem duplum repperit
esse sesqualterum. Duo vero ad quos hii superior
duplex sesquitertius et sesqualter comprobatus est, ad se
invicem sesquioctavam proportionem perpensi sunt custo-
dire. Quintus vero est reiectus, qui cunctis erat
[illegible] inconsonans. Cum igitur ante Pitagoram
consonantie musice partim diapason, partim dia-
pente, partim diatessaron, que est consonantia mi-
nima, vocarentur, primus Pitagoras quo modo re-
perit qua proportione sibi hec sonorum concordia
iungeretur. Et ut sit clarius quod dictum est, sint verbi
gratia malleorum quattuor pondera que subterscriptis
[illegible] numeris contineantur 6. 8. 9. 12. Hii igitur mal-
lei qui 12 et 6 ponderibus vergebant, dia-
pason in duplo concinentiam personabant. Mal-
leus vero duodecim ponderum ad malleum
novem et malleus 8 ponderum ad malleum
sex ponderum secundum epitritam proportionem diates-
saron consonantia iungebatur. Novem vero pon-
derum ad 6 et 12 ad 8 diapente consonantiam
permiscebant. Novem ad 8 in sesquioctava propor-
tione resonabant tonum. XI Quibus modis

variae a Pitagora proportiones consonantiarum perpense sint

Hinc igitur domum reversus varia examinatione
perpendit an in hiis proportionibus ratio sim-
phoniarum tota consisteret. Nunc quidem equa po-
dera nervis aptans eorumque consonantias aure
diiudicans. Nunc vero in longitudine calamorum
duplicitatem medietatemque restituens ceterasque
proportiones aptans integerrimam fidem diversa
experiencia capiebat. Sepe etiam pro mensurarum
modo ciathos equorum ponderum acetabulis immittens

sepe separatis acetabula diversis forata pedibus in
gra ut circa fidea ne pruncies in sese divisa
invenisse legatur etc. Sicut etiam ductu longitudinis
et spissitudinis chordarum examinavit aggressus
est. Itaque tunc tractatum regularum de quo possis loquemur.
que ex re vocabulum sumpsit. Non quod regula
sit lignea per quam magnitudines chordarum
sonitus inveniuntur. Sed quod regula quedam sit
huius effectio super firmata ut nullum tamen
tandem dubio fallat iudicio. XII De divisione vo-
cum earumque explanatione

Sed de his actenus. Nunc vocum divisas colligamus
Istis vox aut anoxis quod gamma. aut
diatematike quod dicitur cum intervallo suspensa
est gamma quidem est quod loquentes inter eorum
legentes verba proferimus. Festinat enim tunc vox
non certe tractibus et continuis sonis. Sed quia
velociter in verbis expediendis temporibus
ex permediis quibus sermonibus gamme vocis ipsorum
operatur. diatematike autem est ea quia vari-
ando suspendimus. In quo non ponitur sermonibus. Sed
modulis inservimus. estque vox ipsa tardi-
or et permodulandas sonitates quidam fac-
cus intervallum manifestum facit. Sed suspense
ac tarde ponitur cantilene. Hic ut albinus
autumat addit tria dicta quod medias voces
possit includere. cum scilicet lectionem poemata legimus
neque gamma continue ut prosa. neque suspenso se-
quentes modo ut cantica. XIII Quod infinita-
tem vocum humana natura finiverit

Sed quae gamma vox est et etiam ... quod dicitur
Simul cantilena. naturaliter quidem infinite
sit quodammodo enim accepta nullus modus ut
in loquendis sermonibus sit ut acuminibus attol-
lendis gravitatibusque laxandis. Sed vocesque hu-
mana natura fecit suo fine. gamme enim
voci terminus quantus sonus fecit ultra quem nulla
ratione valet excedere. tantum enim vicissitudine ...

gamme quidem naturalis finiat. Prius sub diathesim
hec vox hominum natura tamen facit quam acuta cum
voce quae desinat tantum eum vinquessi ut am
ine valet extollere ut deprimendo gravitatem
unde vocis eius naturalis patitur modus

xiiii Quis modus sit audiendi

Nunc quis modus audiendi sit disseramus. Ta
le enim quiddam fieri convenit in vocibus quale in
paludibus vel quietis aquis iactum dum in
mergitur saxum. Prius enim parvissimum orbem
unda colligit. deinde maioribus orbibus un
darum globos spargit atque eo usque dum defa
tigatus motus ab eliciendis fluctibus conquie
scat. Semperque posterior et maior undula
pulsu debiliore diffunditur. Quod si quid sit quod
crescentes undas possit offendere. statim mo
tus ille revertitur et quasi ad centrum unde profe
ctus fuerat eisdem undulis rotundatur. Ita igitur
cum aer pulsus fecerit sonum pellit alium
proximum et quodammodo rotundum fluctum aeris
ciet. Itaque diffunditur et omnium circumstantium
simul ferit auditum. atque illi est obscurior vox
qui longius steterit quoniam ad eum debilior pulsi
aeris unda pervenit

xv De ordine theorematum id est speculationum et de consonantiis

His igitur ita praedictis dicendum videtur quibus generibus
cantilena texatur de quibus armonice
institutionis disciplina considerat. Sunt autem haec
diatonum. chroma. armonia. de quibus in
ordine explicandum est. Sed prius de tetrachordis
disserendum. et quemadmodum auctus nervorum numerus
quo nunc pluralitatis eius usque pervenerit. Id
autem fiet si prius quemadmodum quibus proportionibus
soni symphoniae musicae misceantur

xvi De consonantiis et tono et semitonio per exempla

diapason simphonia est quae constat in dupla ut patet in hac figura. ista proportio quae est ad [illegible] dupla est consonantia diapason

2 | 1 (dupla)

diapason vero et diapente tripla proportione seu comparatione coniungitur

2 | 3

diapente vero quae constat binis numeris sesquialtera in consonantia diapente in musica

bis diapason quadrupla collatione i. proportione efficitur



diatessaron vero quae constat in sesquitertia proportione. sesquitertia in consonantia diatessaron in musica idem

4 | 3

unum diapason efficiunt diatessaron et diapente hoc modo



8 | 9

tonus est quae octava proportione concluditur et hoc modo dicitur sesquioctava. sesquioctava in consonantia tonus in musica idem

Ratio superiorum

Nam si vox dupla ad duplam sit acuta ut chordae diapason consonantia fiet. Si vox voce sesquialtera proportione sit vel sesquitertia vel sesquioctava acutior graviorque, diapente vel diatessaron vel tonum consonantiam reddet. Item si diapason, i. 4 et 2, et quattuor et diapente ut 6 et quattuor coniungantur, tripla quae est diapason et diapente efficiet symphoniam. At si bis diapason fiant ut duo ad quattuor et quattuor ad 8, quadrupla fiet consonantia quae est bis diapason. At si sesquialtera vel sesquitertia id est diapente et diatessaron ut duo ad tria et tria ad quattuor coniungantur, dupla diapason nimirum nascitur coniunctione. Quattuor enim ad tres sesquitertia obtinet proportionem, tres vero ad binarium sesquialtera collatione iunguntur, et idem quaternarius ad binarium comparatus dupla se comparatione copulatur. Et sesquitertia diatessaron.

sesqualtera proporcio diapente consonanciam creat.
Dupla vero diapason efficit simphoniam. Dia-
tessaron igitur ac diapente unam diapason
iungunt. Rursus tonus in equa dividi non
potest, cur autem posterius liquebit. Nunc quantum
nosse sufficiat quod numquam tonus in geminam equa
dividitur. Atque ut id facilime comprobetur, sit sesqui-
octava proporcio 8. 9. Horum nullus naturaliter medius
numerus incidet. Hos igitur binario multiplicemus,
fiunt quoque bis octo 16. bis novem 18. Inter 16
autem ac 18 unus numerus naturaliter cadit, quod
est scilicet 17. Qui cum disponantur in ordinem 16. 17. 18.
igitur 16 ac 18 collati sesquioctavam retinent
proporcionem atque ideo tonum. Sed hanc proporcionem
17 numerus medius non equalibus partitur. Comparatus
enim ad 16 habet in se totum 16 et eius sextam
decimam partem scilicet unitatem. Sin vero ad eum id est
ad 17, 18 numerus comparetur, habet eum totum
et eius septimam decimam partem. Non igitur eisdem
partibus et minorem superat et a maiore super-
atur, et est minor pars septima decima, maior sexta
decima. Sed utraque semitonia nuncupantur,
non quod omnino semitonia eque sint media,
sed quod semum dici solet quod ad integritatem non per-
venit. Sed inter hec unum maius semitonium
nuncupatur, aliud minus.

Semus se-
ma semi
i. imperfectum

XVII In quibus primis numeris semitonium constet

Quod vero sit integrum semitonium atque in quibus primis
numeris constet nunc evidenter explicabo. Postea enim
quam de divisione dictum est quod non adeque perveniet et
semitonium minus noluimus ostendere, sed ad id
pocius quod tonum in gemina equa dici non posse
distinguimus. Diatessaron quoque a consonancia vocum quinque
quatuor intervallos tonum. Constat autem quod
duobus tonis et integro semitonio. Sit enim
subiecta descriptio 192. 216. 243. 256.
Si igitur 192 numerus 256 comparatur, sesquitercia
proporcio fiet ac diatessaron consonanciam

continenciam

reponabit. Quoniam 216 ad 192 comparatus sesquioctava proportio est. Est enim eorum differentia 24 que est octava pars de 192. Est igitur tonus. Rursus 243 ad 216 est altera sesquioctava proportiona; eorum differentia 27 pars ducentorum sedecim probatur octava. Restat comparatio ducentorum quinquaginta sedecim ad 243, quorum differentia est 13, qui octies medietatem ducentorum quadraginta trium non videtur implere. Non est igitur semitonium, sed minus a semitonio. Tunc enim integrum esse semitonium iure putaretur si eorum differentia que est 13 sexta decies medietatem ducentorum quadraginta trium numeros potuisset equare. Est quoque minus semitonium ducentorum quadraginta trium ad 256 comparatio.

xxviii. Diatessaron a diapente tono distare

Rursus diapente consonantia que de vocibus est quinque, intervallorum quatuor, trium tonorum et minoris semitonii. Ponatur enim idem numerus qui 192 et eius sesqualter sumatur qui ad eum diapente efficiat consonantiam. Sit igitur numerus 288. Ponatur igitur horum et superius deprehensus 192, ponatur in medio numeri hii 216. 243. 256. Et sit que nunc formata descriptio 192. 216. 243. 256. 288. In superiori igitur descriptione ex 192 et 256 duos tonos et semitonium continere monstrati sunt. Restat igitur comparatio ducentorum quinquaginta sex ad 288 que est sesquioctava, id est tonus; eorum quoque differentia est 32 que est octava pars ducentorum quinquaginta sex. Itaque monstratum est diapente consonantiam constare ex tribus tonis et semitonio. Sed dudum diatessaron consonantia ex centum nonaginta duobus numeris usque ad 256 venit. Nunc vero diapente ab eisdem centum nonaginta duobus numeris usque ad 288 distendit. Superat igitur diatessaron consonantiam a diapente sesquioctava que inter ducentos quinquaginta sex

et ducentos octoginta octo · numeros continet · ac
sic fit tonus · Diatesseron igitur simphonia a
diapente tono transcenditur. XIX. Dyapason

quinque tonis et duobus semitoniis iungi

Diapason consonantia constat ex quinque tonis et
duobus semitoniis que non unum imple
ant tonum · Superius enim monstratum est diapa
son ex diatesseron et diapente consistere · dia
tesseron vero probata est ex duobus tonis semi
tonioque constare · Diapente ex tribus tonis
ac semitonio sit iuncta efficient quinque to
nos · Sed quia duo illa semitonia non erant
integre medietatis · eorum coniunctio ad plenum
usque non pervenit · Sed medietate quod superat
ab integritate relinquitur · Ergo diapason
sedem habet tonum ex quinque tonis et duobus
semitoniis que non sit ad integrum tonum · non con
surgat ita ultra integrum semitonium procedit
Sed que horum ratio sit ut quemadmodum ipse conso
nantie musice reperiantur · posterius explanabitur
Interea preter disputationem in medio
posita intelligentie credulitas adhibenda est
Nunc vero firma omnis fides sumenda est cum per
ipsa verum comprobationem demonstrationis astruetur · His
igitur ita dispositis · paulisper de musicis atque
ac de cordarum nominibus que musice sunt addite di
sseramus · queque earum causa sit nominum · His
enim primitus ad notitiam venientibus facile
erit omnia que sequuntur amplecti. XX. De additione

cordarum earumque nominibus

Simplicem principio fuisse musicam nicomaca
chus refert adeo ut quatuor ner
vis constaret tota idque usque ad orpheum dura
vit ut primus quidem nervus et quartus diapason
consonantiam resonaret · Medii vero ad se invicem

tonum atque ad extremos diapente ac diatesseron
inesset vel in eis esset ignorum adimitacionem
scilicet musice mundane que ex quatuor constat
elementis. cuius concordi modulacionis dixit inven-
tor. Quintam vero cordam post omnes Atiis filius
adiunxit qui fuit lidorum rex. Hiagnis
vero phrigius sextam apposuit nervum. Sed et
septimus nervus a terpandro lesbio adiun-
ctus est. Sed septem scilicet planetarum similitudinem.
In quibus que gravissima quidem erat vocata hippate
quasi maior atque honorabilior. Unde iovem etiam
hippatan vocant consulem quoque eorum nun-
cupant nomine propter excellenciam dignitatis. ea
que saturno est attributa propter tarditatem motus
et gravitatem soni. Parhippate vero secunda
que iuxta hippaten posita et collocata. Li-
canos tercia ideo quia licanos digitus
dicitur quem nos indicem vocamus. Grecus aliud genus
de licacione appellat. Et quoniam canendo ad qry
eam cordam que erat tercia ab hipate index
digitus qui est licanos inveniebatur. ideo
ipsa quoque licanos appellata est. Quarta dicitur
mese que inter septem semper est media. Quinta
est paramese que iuxta mediam collocata. Sexta
que vocatur paraneten que iuxta neten
locata. Septima autem dicitur nete quasi neati eidem
inferior. Antiqua neten et paramese et pa-
ranese vero quia tercia est a nete eadem que
tercia nominatur ut sit de septem hec est. hipate.
parhipate. licanos. mese. paramese. pa-
ranete. nete.

Huius octavam samius licaon adiunxit atque inter
paramesen que et trite dicitur et parane-
ten nervum medium coaptavit ut ipse tercius
esset a nete et paraneten quidem vocata est
solaque per mediam collocata est. Trite vero

nomen perdidit postea quam nete eam atque paranete
tritemque a nete locatam est nervus qui digne tres
non expaperet ut pro octocordum secundum licanos
additionem hoc modo fieret. Hypate. parhypa-
te. licanos. mese. paramese trite pa-
ranete. nete.

In superioribus igitur duabus dispositionibus
eptacordi et octacordi. Eptacordum quidem
dicitur sinemmenon quod est coniunctum. Octo-
cordum vero dicitur diezengmenon quod est dis-
iunctum. Septacordo enim est unum tetracordum
hypate parhypate licanos mese. Aliud vero
mese paramese paranete nete. Dum me-
se nervum secundo numerans atque ideo duo tetra-
corda per mesen coniungitur. In eptacordo vero
autem octo sunt corde superiores quatuor ad hy-
pate perhypate licanos mese unum tetra-
cordum explent. Alterum vero disiunctum atque ite-
rum inchoat ipsam mesen progrediens per trite
nete paranete et finitur ad neten. et per dis-
iunctionem que vocatur diezeuxis tonus qui est
distantia meses et parameses. Hic igitur
mese tantum quidem obtinuit. Non enim est me-
dia positione quia in octacordo nulle quidem per
medie reperiuntur. sed una media non per-
venimus. Theophrastus hyperiotes adiungi-
mus praeter unam addidit cordam ut faceret
totum enneacordum quam quidem super hypaten est
addita hypaparhypate est nuncupata quod prius
quidem dum novem cordarum erat tum quia cithara
hypaparhypate vocabatur. Non enim licanos ipsa-
te dicitur. Alius superadditis sit in quo ordine atque
instancie quo ad inductionem digestionem venit lica-
nos applicata est. sed hec posterius apparebit
Nunc vero ordo sepe enneacordi sic habet
hypaparhypate. hypate. parhypate. licanos.
mese. paramese. trite. paranete. nete.

Sciatis vero colophonius decimam in gravioren partem adiunxit cordam. Thimoteus vero milesius undecimam ex quibus per hipatipaton atque perypaton sunt addite. hipate id est hipaton vocate sunt quia maiore magnitudinis aut principalissime cum excellentes excellencia sunt vocata est prima mox undecima. hipate hipaton secunda vero parhipate hipaton. tercia in usu hipaton hipatone locata est. Tercia quoque dudum in enacordo hiperparypaton vocabatur licanos hipaton est in usu parata. Quarta vero hipate antiqui tenuit nomen. quinta parhipate. Sexta licanos antiquis sua servit vocabulum. Septima mese. Octaua paramese nona trite. decima paranete. undecima nete. Est igitur unum tetracordum. hipate hipaton parahipate ipaton. licanos ypaton. hipate. Aliud vero ipate parhipate licanos mese. Et hec quidem coniuncta sunt. Tercium vero quod paramese trite. paranete. nete. sed quod vero quod paramese tetracordium superius et quod hipate ipaton parhipate hipaton. licanos hipaton hipate et inter infimum quod est paramese trite paranete nete supponitur medium tetracordum meson vocatum quia inter medias vocatur sed ad additamenta hec hipate meson parhipate meson. licanos meson. mese. Aliud vero inter hec meson tetracordum et inferius quod est nete locatum disiunctum est mese scilicet et paramese. tercius omne tetracordum disiunctum id est diezeugmenon notatum est in additamento sed quod paramese diezeugmenon trite diezeugmenon paranete diezeugmenon. nete diezeugmenon ut sit descriptio hoc modo / hipate hipaton parhipate hipaton licanos hipaton. hipate meson. parhipate meson. licanos meson mese paramese diezeugmenon. trite diezeugmenon para nete diezeugmenon. nete diezeugmenon

Est igitur hec inter paramesen ac mesen di-
stinctio. atque ideo diezeugmenon tetracor-
dum hoc vocatum est. quod si paramese insedeat
et sit mese trite paranete. nete trite co-
niuncta id est sinemenon. erunt hec tetracor-
da. vocabitur quoque ultimum tetracordum sineme-
non hoc modo. Hipate. hipaton parhipate. hi-
paton. licanos hipaton. hipate meson
parhipate meson licanos meson. trite sine-
menon paranete sinemenon nete sine-
menon

Sed quoniam restat ut superius est decacordi di-
spositione meson quasi media collo-
catio ita vocata est nete vero accedit
et longe ab hipatis ultimis distat. nec tamen ten-
net locum. aliud unum tetracordum adiunctum
est super neten diezeugmenon. Et nunc quoniam supra
debent acutiores notas super collocari. Omne
illud tetracordum hiperboleon vocatum est hoc
modo. Hipate hipaton. parhipate hipaton
licanos hipaton. hipate meson parhipate
meson. licanos meson. mese. paramese.
trite diezeugmenon. paranete. diezeug-
menon. nete diezeugmenon. trite. hiperbole-
on. paranete hiperboleon. nete hiperboleon

Sed quoniam unius mese non erat loco me-
dia. si magis ipatis accedebat. Post hoc super
hipatas hipaton addita est una corda que
dicitur proslambanomenos ab aliquibus autem prosme-
lodos tonum integrum distans ab ea que est
hipate hipaton et est ipsa conserve id est proslam-
banomenos. a mese octava est resonans in en
diapason simphoniam. nete eademque ad licanos
hipaton resonat diatessaron ad quam scilicet
quod licanos hipaton ad mesen consonat dia-
pente simphoniam. et est ab ea quinta. Rursus
mesen paramese distat tonus. est quoque ea

de mese ad neten diezeugmenon quinta facit
diapente consonantiam que nete diezeugmenon
ad neten hyperboleon comparata facit diatesseron
consonantiam. et proslambanomenos ad neten
hyperboleon ~~comparata facit diatesseron consonantiam~~
reddit bis diapason consonantiam.
proslambanomenos vel prosmelodos. hypa
te hypaton parhypate hypaton. lichanos hypa
ton hypate meson. parhypate meson. lichanos
meson. mese. paramese. trite diezeugme
non paranete diezeugmenon. nete dieze
ugmenon. nete diezeugmenon. trite hyper
boleon. paranete hyperboleon nete hyper
boleon

XXI De generibus cantilene

His igitur expeditis dicendum de generibus melorum
sunt autem tria diatonum. chroma et enar
monium. et diatonum quidem aliquanto durius et
naturalius. chroma vero iam quasi ab illa naturali intentione
discedens et in mollius incidens. enarmo
nium vero optime atque apte coniunctum. Cum sint igitur
quinque tetracorda. hypaton. meson. sinemme
non. diezeugmenon. hyperboleon. In his
omnibus secundum diatonum cantilene procedit vox per
semitonium tonum et tonum in uno tetracordo. rur
sus in alio semitonium tonum ac tonum ac dein
ceps. Ideoque vocatur diatonum quia quod per tonum
ac tonum progrediatur. Chroma autem quod dicitur
color quasi iam ab huiusmodi intentione prima muta
tum cantatur per semitonium et semitonium et tria
semitonia. Tota enim diatessaron consonantia
duos tonos ac semitonium sed non plenum tractum
vero hoc vocabulum ut diceretur chroma a superficiebus
que cum permutantur in alium transeunt colorem.
Enarmonium vero quod est magis coaptatum quod est
cantatur in omnibus tetracordis per diesim et diesim et diatonum
diesis autem est semitonii dimidium ut sit
earum generum descriptio per omnia tetracorda distincta

diatonica | enarmonica

qr ncs / tonus / tonus / semitoni // diesis / diesis / diatoni
semitoni / semitoni / semitoni / semitoni / semitoni / semitoni / croma

xxii De ordine cordarum et nominibus earum in tribus generibus

Hunc igitur ordo cordarum disponendus est omnium que
per tria genera valeant in consonancias ordine dispo
nit prima est proslambanomenos quam prosnado
los · secunda hipate · hipaton · tercia parhipate ypa
ton · quarta vero quam licanos appellatur hec si in
diatono genere capitur dicitur licanos hipaton
diatonos hec vero in cromate dicitur diatonos cro
matice aut licanos ypaton cromatice hec autem
in enarmonia dicitur licanos hipaton enarmo
nios vel diatonos · hipaton anarmonios
post hanc vero hipate meson deinde parhipa
te meson · alia hic licanos meson · simpliciter
in diatono quidem genere diatonos meson · in cro
mate · licanos meson cromatice vel diato
nos meson cromatice hec in enarmonia diato
nos meson anarmonios vel licanos meson
enarmonios hanc vero meson post hanc sunt duo
tetracorda parte sinemenon parte diezeug
menon et sinemenon est quod post meson po
id est tetracordum sinemenon · eadem in diatono diato
nos sinemenon in cromate vero vel diatonos
sinemenon cromatice vel licanos sineme
non cromatice in armonia vero vel licanos sin
emenon armonios vel licanos sinemenon
enarmonios · post hanc nete sinemenon hec
vero mese primo non sit sinemenon tetracor
dum adiuncto sed sit diezeugmenon est post
mesen paramese · deinde trite diezeugme
non hec licanos diezeugmenon / que in dia
tono diatonos diezeugmenon ~~inde licanos
diezeugmenon~~ · in cromate hec diatonos die
zeugmenon cromatice vel licanos dieze
gmenon · enarmonios cromatice · hanc vero
dicitur et paranete ad addicione vel diatono
vel cromatis vel armonie · hanc post has nete
diezeugmenon trite hiperboleon et que

est paranete ypboleon. Eadē in diatono diato
nos hiperboleon. In cromate vero cromatice hi
pboleon. In armonia vel enarmonios hypbo
leon. Haec ultima ea que est nete hipboleon.
et sic descriptio eius monstrat ut tria genera conti
neat dispositionem. In quibus et psi nominis noium et
durans per nobis. ut sit unum simplex in omnibus
ut eis que sunt dissimiles colligantur. sicut stat
omnes. 8. et 20. Haec enim monstrat subiecta
descriptio.

Diatonici generis monocordum

graves — proslambanomenos — A — luna
hipatehipaton : principalis principalium — B — mercurius
parhipatehipaton : iuxta principalis principalium — C — venus
licanos hipaton diatonos — D — sol
finales — hipatemeson : principalis mediarum — E — mars
parhipatemeson — F — iupiter
licanos meson diatonos (iuxta principalis mediarum; diatonus C) — G — saturnus
mese (media) — a — celum ultimum
acute — trite synemmenon (tertia coniunctarum)
paranete sinemenon (iuxta ultimam coniunctarum)
nete synemenon ultima coniunctarum — b
paramese — ♮
trite diezeugmenon (tertia disiunctarum) — c
paranete diezeugmenon diatonos (iuxta ultimam disiunctarum) — d
nete diezeugmenon (ultima disiunctarum) — e
trite hypboleon (tertia excellentium) — f
paranete hipboleon diatonos — g
nete hipboleon ultima excellentium — a

Cromatis monocordum

proslambanomenos
hipatehipaton
parhipatehipaton
licanos hipaton chromatis
hipatemeson
parhipate meson

licanos meson chromatis
mese
trite sinemenon
paranete sinemenon chromatis
nete sinemenon
paramese
trite diezeugmenon
paranete diezeugmenon chromatis
nete diezeugmenon — trite yperboleon
paranete hyperboleon chromat
nete hyperboleon

Enarmonii generis monocordum

proslambanomenon
hypate hypaton
parypate hypaton
licanos hypaton enarmonii
hypate meson
parypate meson
licanos meson enarmonii
mese
trite synemenon
paranete synemenon enarmonii
nete sinemenon
paramese
trite diezeugmenon
paranete diezeugmenon enarmonii
nete diezeugmenon
trite hyperboleon
paranete meson enarmonii
nete hyperboleon

XXIII Que sint voces singulis generibus et proprietates

Hoc igitur modo per singula tetracorda in genere facta partitio est ut omnia que diatonici generis quinque tetracorda duobus tonis ac

semitonio partem . dicitur quod ipse quae toni ratio positus ideo quia integer positus . non atque intervallum aliud invenitur . sed in singulis intervallis integrum est toni . in chromatico vero semitonio ac semitonio composito quod triemitonium positum divisum est . ideo hoc igitur triemitonium in diatonico quae semitonium ac tonum . sed non quod compositum . duobus enim id efficitur intervallis . et in enarmonio quae de quo constat enim ex diesi et diesi . et diatonico composito quia sed tertia eandem causam compositum incomposita quae in uno collatum quod intervallo

xxiiii Quid sit Sinaphe

Sed his ita dispositis constitutisque tetracordis synaphe quae quam coniunctionem dicere latina significatione possumus . Synaphe est ubi duo tetracorda unus medietatis nervus continuat atque coniungit ut in hoc tetracordo

- hypate hypaton — S
- parhypate hypaton — T
- licanos hypaton — T
- hypate meson — S
- parhypate meson — T
- licanos meson — T
- mese

Hic igitur est unum tetracordum . hypate parhypate licanos hypaton . hypate meson . parhypate meson . licanos meson mese . inter se igitur tetracordis hypate meson annumerata est superiorisque tetracordi ea quae acutissima postremitas vel consequentia ex illa gravioris eademque una corda ipsa hypate meson duo tetracorda iungens ut eadem hypaton ac meson tetracorda superiore despicere invenit . est igitur synaphe quae quando duorum tetracordorum vox media . superiorum

Triemitonium in chromate est tria semitonia . et duo ... [illegible] ... monocordi ... stephanus in monocordo ... [illegible]

quidem acutissima posteriorum vel coniunctissima

XXV Quid sit dyazeuxis

Diazeuxis vero appellatur quasi disiunctio dicitur et coniungens duo tetracorda tonum medietate sup[er]ante ut in his duobus tetracordis

hipatemeson
mese · paramese
tritediezeugmeno
parhypate meson
licanos meson
neadiezeugmenon

Quae igitur esse tetracorda eiusdem appareat quod continent 8 sunt corde. Et diazeuxis est ipse disiunctio inter meson et parameson quae inter se plene dirimit tono deinceps videlicet exempli [illegible] ad unum quidem studiosius explanatum posteriori [illegible] a [illegible]. Sed diligenti [illegible] quinque non amplius tetracorda reperiuntur hypaton meson · synemenon · diezeugmenon hyperboleon.

XXVI Quibus nominibus nervos appellet Albinus

Albinus enim eas nova latina ordine ita [illegible] ut hypatas principales nominat · mesas medias · synemenas coniunctas · diezeugmenas disiunctas · hyperboleas excellentes. Sed nobis in alieno opere non est immorandum.

XXVII Qui nervi quibus sideribus comparet

Illud tamen interim de superioribus tetracordis addendum videtur quod hipatemeson usque ad neten quadam ordinis distinctione usque celesti comparat[ur]. Nam hipatemeson saturno est attributa · parypate vero iovali [illegible] est · licanos meson marti tradidit · Sol meson obtinuit · tritesynemenon venus habet · para

mese supremo nimium regit / nete sua
ris tali tenet extremum. sed marcus tullius hunc
in ordine facit. Nam in sexto libro de repu
blica sic ait. et natura fert ut extrema
ex altera parte graviter ex altera autem acute sonet
quam ob causam summus ille celi stellifer
cursus cuius conversio concitatior acuto et ex
citato movetur sono gravissimo hic lunaris
atque infimus. Nam terra nona immobilis manens
una sede semper heret. Hic igitur tullius
terram quasi silentium posuit id est immobilem post hanc
que proxima a silentio est dat lunam que proxima est
sonum ut sit luna proslambanomenos. mercurius
hypate hypaton. venus parhypate hypaton
sol lichanos hypaton. mars hypate meson
Iupiter parhypate meson. saturnus lichanos meson
meson. celum ultimum mese. sed vel sit qual
immobiles que per rotas mobiles. que autem
immobiles mobilesque constat. in demonstrando
ordine regularis divisionis tractabimus loco
aptiori explicando.

xxviii Que sit natura consonantiarum

Consonantia vero licet aurium sensus diiu
dicet tamen ratio perpendit. Quando enim duo
nervi uno intensiore extenduntur simulque pulsi
reddunt permixtum quodammodo et suavem sonum.
dueque voces in unum quasi coniuncte valescunt.
tunc fit ea que dicitur consonantia. Cum vero sit pul
sis sibi uterque contrarie cupit ut permixtus
ad aures suaviter atque unum ex duobus compo
situm sonum non sinit tunc est que dicitur dissonantia

xxviiii Ubi consonantie reperiantur

In his autem comparationibus quantitatis atque numeris
has consonantias necesse est invenire que sibi
comparate sunt idcirco nota sunt. Sunt enim
in speciebus ut in multiplicibus dupla

quod si illa possit metiri que inter duos terminos differentia est ut
inter duo et quattuor. binarius utrosque metitur et
duos atque sex quadrupla est. binarius quaternarius
utrosque metitur inter novem ac octo eadem
unitas est que utrosque metiatur. Rursus in
superparticularibus sesquialtera sit proportio. quattuor
ad sex binarius est qui utrosque metiatur qui illorum
utrorumque est differentia. quod si sesquitertia sit proportio
ut sex ad octo. senarius comparatur idem binarius
utrosque metitur id vero non evenit in ceteris
inequalitatibus que sunt reliqui. ut in
comparatione superpartiente. Nam si quinarius ad ternarium
comparetur. binarius qui eorum differentia est neutrum metitur
nam scilicet ternario comparatur minor est duplicatus
vero ternarium excedit. Item bis quinario comparatur minor est
ternario vel superveniat. atque ideo hic primum inequalitas
a consonantie natura disiungit. Amplius hec
ratio in his que consonantias faciunt nulla prelia sunt
nullis vel minime id probat hoc modo. Nam
quod duplum est aliud nisi bis simplum. triplum
vero aliud nisi ter simplum. quadruplum vero
idem et quater simplum. sesqualtera bis media
dictas. sesquitertia ter posita quod habet sesquitertia
proportionem inequalitatibus quibus inveniuntur.

XXX Quemadmodum Plato dicat fieri Consonancias

Plato autem hoc modo fieri in aure consonantias
dicit. necesse est inquit velociores esse acu-
tiores sonos. Hii igitur cum graviorem precesse-
rint. tardiorem celeres ingrediuntur offensionemque eam
unam eandem rursus parte sui pulsus iterato
motu sentitur. sed iam segniores nec ita ce-
leres pro impetu emittentis currunt. Quo
circa cum gravior sequitur iam gravior rediens
tunc primum tarditati consimilis plus occurrunt mi-
scetur ternarius ut aut consonantiam miscet

XXXI Quid contra Platonem Nicomachus sentiat.

Sed id nicomachus non arbitratur verum dictum. neque enim simplicem esse consonantiam sed dissimilium vocum in unam eandemque concordiam venientium. Quae vero non compositis misceantur nullam faciunt consonantiam. Quoniam hanc concordiam similitudo non efficiat. sed dissimilitudo quae in distet in singulis vocibus copulatur permixtis. Ita igitur vocem Nicomachus fieri consonantiam putat non uno tantum pulsu est qui simpliciter unum nobis emittat. sed ex pulsibus nervorum saepius aere pellentes multas efficiat voces. Et quia ea velocitas est percussionis ut sonum sonus quodammodo comprehendat distantia non sentitur et quasi una vox auribus venit. Si igitur percussiones graviorum sonorum commensurabiles sint percussionibus acutorum sonorum ut in his proportionibus quas superius retulimus. non est dubium quin ipsa commensuratio sibimet misceatur unamque vocum efficiat consonantiam.

XXXII Quae consonantia quam merito praecedat.

Sed inter omnes quas retulimus consonantias tribuendum iudicium est ut in aure ita etiam in ratione quam harum meliorem oporteat arbitrari. Eodem namque modo auris afficitur sonis. ut oculus aspectu. quo animi iudicium numeris vel continua quantitate. Proposito enim numero vel linea nihil est facilius quam eius duplum oculo vel animo intueri. Item post dupli sequitur dimidii. post dimidium tripli. post triplum partis tertiae. Atque quo facilior est dupli descriptio optimam nicomachus putat diapason consonantiam. post hanc diapente quae medium tenet. Hinc diapente ac diapason quae triplum retinet. sed eodem modo formamque dimidiat. Et non caetera non hic praetermissa que ordine posterius explicabo.

XXXIII Quo sint modo accipienda quae dicta sunt.

Symphonia quidem est dulcis concordia vocum. symphoniae tres sunt simplices [illegible]
diapason diapente diatessaron. tres compositae. bisdiapason. diapason et diapente.
diapason et diatessaron. Diapason est symphonia quae fit ex sonis in proportione
dupla. totum continet. diapente quintam tenet. diatessaron quartam tenet. sicut in
pentachordis et tetrachordis [illegible] cum eas inveniunt per diapason. Hinc latine
in septem composita ex octo solis chordis antiqua cithara constabat quam
nos ipsa nunc et plura.

Omnia quidem quae de his diligentius expedienda sunt firmanda nunc ac breviter attingamus, ut interim in supplementum quandam habeat animus lectoris compositio faciant quae admiratione saltem posteriore tractatione desiderabit. Nunc vero quod erat Pythagoras in more ut cum quid a magistro Pythagorae diceretur, nullus rationem petere videbat, sed erat eis ratio docentis auctoritas. Idque fiebat quamdiu discentis animus firmiore doctrina rationem caperet, ipse eandem veritatem nullo etiam docente reperiret. Ita etiam nunc doctoris fidei credentes sermonis quaedam ut arbitrentur diapason in duplo, diapente in sesquialtera, diatessaron in sesquitertia, diapente ac diapason in triplici, bis diapason in quadrupla proportione consistere. Post vero haec rationem diligentius explicabimus. Et quibus modis animi iudicio comparationes musicae colligantur, ceteraque omnia quae superius dicta sunt, amplior tractatus edisseret. Et cur tonum sesquioctava facere proportionem cum quidem in duo aequa dividi non posse. Sed nullam eiusdem generis proportionem, id est superparticularis. Diatessaron etiam consonantiam duobus tonis semitonio minore consistere. Semitonia vero esse duo maius ac minus. Diapente autem tribus tonis ac minore semitonio coniungi. Diapason vero quinque tonis ac duobus semitoniis minoribus expleri. Neque ad sex tonos ullo modo pervenire. Haec omnia posterius et numeris rationum et animi iudicio comprobabo. Atque haec hactenus.

XXXIIII. Quid sit musicus

Nunc illud est intuendum, quod omnis ars omnisque etiam disciplina honorabiliorem naturaliter habet rationem quam artificium, quod manu atque opere artificis exercetur. Multo enim maius atque altius est scire quod quisque faciat, quam ipsum illud efficere quod sciat. Et enim artificium corporale quasi

sermones famulatur/ ratio vero quasi domina imperat/ et
nisi manus secundum id quod ratio sancit efficiat/ frustra
sit. Quanto igitur praeclarior est scientia musicae in
cognitione rationis quam in opere efficiendi atque actu
tantum scilicet quantum corpus mente superatur/ quod scilicet rationis
expers servitio degit. Illa vero imperat atque ad
rectum deducit. Et nisi eius pareat imperio/ ex-
pers opus rationis titubabit. Unde fit ut speculatio
rationis/ operandi actu non egeat. Manuum
vero opera nulla sint/ nisi ratione ducantur. Iam
vero quanta sit gloria meritumque rationis/ hinc intelli-
gi potest/ quod ceteri ut ita dicam corporales ar-
tifices non ex disciplina. sed ex ipsis potius
instrumentis capere vocabula. Nam citharoedus
ex cithara auloedus ex tibia. ceterique suorum
instrumentorum vocabulis nuncupantur. Is vero
musicus est qui ratione perpensa canendi scientiam non
servitio operis. sed imperio speculationis assumpsit/
quod scilicet in aedificiis atque bellorumque opere videmus.
in contraria scilicet nuncupatione vocabuli/ eorum namque
nominibus vel aedificia inscribuntur. vel ducuntur
triumphi quorum imperio ac ratione instituta sunt/ non
quorum opere servitioque perfecta. Tria igitur genera sunt
quae circa artem musicam versantur. Unum genus
est quod instrumentis agitur. aliud fingit car-
mina. tertium quod instrumentorum opus carmenque
diiudicat. Sed illud quidem quod instrumentis po-
situm est. ibique totam operam consumit ut sunt
citharoedi quique organo ceterisque instrumentis
artificium probant. a musicae scientiae intellectu
seiuncti sunt. quoniam famulantur ut dictum est nec
quicquam afferunt rationis sed sunt totius specula-
tionis expertes. Secundum vero musicam agentium
genus poetarum est. quod non potius speculatione ac ra-
tione quam naturali quodam instinctu fertur
ad carmen. Atque idcirco hoc quoque genus a musica
segregandum est. Tertium est quod iudicandi peritiam

sumunt/ ut rithmos cantilenasque totidem ani-
mo possit comprehendere/ quod scilicet quicquid totum in ratione
ac speculatione positum est hoc proprie musice deputa-
bitur. Isque est musicus cui adest facultas
secundum speculationem rationemve propositam ac musi-
ce convenientem de modis ac rithmis deque
generibus cantilenarum ac de permixtionibus ac
de omnibus de quibus posterius explicandum est.
ac de poetarum carminibus iudicandi.
Musice institutionis liber primus explicit
Incipit secundus

Musice institutionis Severini Boe-
cii liber primus explicit. Incipit capitula secundi

Proemium. Primum quid pitagoras esse philosophiam
constituit. Secundum de differentiis quantitatis. et que cui-
que sit disciplinae deputata. Tertium de rela-
ta quantitatis differentiis. Quartum. Cur
multiplicitas ceteris antecellat. Quintum omni-
um quadrati numeri degressus spectatio. Sextum omnem in-
equalitatem ex equalitate procedere eiusque demonstrato.
Septimum regule quemlibet et continuas propor-
tiones superparticulares inveniendi. Nonum de
proportione numerorum qui ab aliis metiuntur. Decimum
que ex multiplicibus et superparticularibus multi-
plicitates fiant. Undecimum qui superparticulares quos
multiplices efficiant. Duodecimum de arismetica
geometrica armonica medietate. Tredecimum de
continuis medietatibus et disiunctis. Quartumdecimum
cur ita appellate sint supradicte
medietates. Quindecimum quemadmodum ab equali-
tate supradicte processerint medietates. Se-
decimum de armonica medietate deque ulterior
speculatio. Decimumseptimum quemadmodum inter duos
terminos supradicte medietates vicissim locentur.
Decimumoctavum de consonantiis sententia Eu-
clidis et Hypasi. Decimumnonum de ordine
consonantiarum merito vel modo secundum Nicomachum

aliis. vicesimum sententia nicomachi quod aliis conso
nantiis opponatur. 21. quid oporteat premitti ut
diapason in multiplici genere demonstretur. 22.
demonstratio ~~per impossibile~~ per impossibile diapason in
multiplici genere esse. 23. demonstratio dia
pente diatessaron et tonum in superparticulari esse.
24. demonstratio diapente et diatesseron in ma
ioribus superparticularibus esse. 25. diapente in sesqual
tera. diatesseron in sesquitercia esse. tonum in sesquioctava.
26. diapason ac diapente in tripla proportione esse
in quadrupla bisdiapason. 27. diatessaron ac dia
pason non esse secundum pitagoricos consonantias.
28. de semitonio in quibus minimis numeris constet.
29. demonstrationes non esse 243. ad 256 toni
medietatem. 30. de maiore parte toni in quibus
minimis numeris constet. 31. quibus proportionibus
diapente ac diapason constent. et quod diapa
son sex tonis non constat.

Expliciunt capitula secundi. Incipit liber eiusdem

Superius volumen cuncta digessit que nunc
diligentius demonstranda esse proposui. unde
sumendum quod ad ea veniamus que propositis tonis
perdocenda sunt pauca praemittam quibus aliorum
tractatoris atque auditoris ad ea que dicenda sunt
accipienda perveniat. **Quid pitagoras**
esse philozophiam constituerit

Primus omnium pitagoras sapientie studium philosophiam
nuncupavit. quam scilicet et eius rei noticiam
ac disciplinam ponebat. cum que proprie vere esse
dicuntur. esse autem illa putabat que nec intencione
crescerent nec diminucione decrescerent.
nec ullis accidentibus mutarentur. hec esse formas
magnitudines qualitates habitudines ceteraque que
per se speculata inmutabilia sunt. iuncta vero cor
poribus permutantur et multimodis variationibus
mutabilis rei communione vertuntur. **De differen**
tiis quantitatis et que cui sit disciplina prepositata

Omnis vero quantitas secundum pitagoram vel qui

nua vel discreta est. Et que continua est magnitudo
appellatur, que discreta est multitudo. Contrarie
quoque diversa et contraria pene proprietas. Multitudo
enim a finita inchoans quantitate crescens in infi-
nita progreditur ut nullus crescendi finis occurrat.
estque ad minimum terminata interminabilis ad ma-
ius cuius principium unitas est qua minus nihil
est. crescit vero per numeros. atque ad infinita procedit
ut nullus numerus quem numquam crescere terminus faciat.
Et magnitudo finita continetur sue mensure
recipit quantitatem. Et in infinita decrescit. Ita
si sit pedalis linea vel cuiuslibet alterius mensure
per in duo equa dividitur eiusque medietas in
medietatem secatur. atque illius medietas
in aliam medietatem ut nullus umquam secandi
magnitudinem numquam fiat. Ita quantitas que
sed ad maiorem modum terminata est. sit vero
ad decrescendum recipit infinita. at vero numerus
quantum ad minorem modum finitus. infinitus
vero incipit esse quod crescit. Cum igitur hec
ita sint infinita tamen sunt de rebus finitis
philosophia pertractat. in ipsis rebus infinitis reperit
aliquid terminatum de quo vim posset animi
speculationis adhibere. Itaque magnitudinis
alia sunt immobilia ut terra quadratum vel
triangulum vel circulus alia vero mobilia ut
spera mundi. et quecumque in eo rata celeritate
volvuntur. Discrete vero quantitatis alia sunt per se
ut tres vel quattuor vel ceteri numeri. alia vero
ad aliquid ut duplum triplum. aliaque que comparata
forme nascuntur. Et immobilis magnitudinis
geometria speculacionem tenet. mobilis vero
scientiam astronomia perquirit. Per se vero discrete
quantitatis arismetica auctor est. Ad aliquid vero
relate musica probatur obtinere peritiam.

IIII De relata quantitate differencijs

Nec de ea quidem quantitate discreta que per se est in numeris sufficienter diximus. Relate vero ad aliquid quantitatis simplicia quidem genera sunt tria: unum quidem multiplex, aliud vero superparticulare, tertium superpartiens. Ex his vero multiplex superparticulare et multiplex superpartiens nascitur. Similiter ex his due id est multiplex superparticularis et multiplex superpartiens. Horum igitur omnium talis est regula: ab unitate enim incipiens in naturali numero nobis comparatione earum multiplices ordo docet. Duo enim ad unum duplus est, tres ad eundem triplus, quatuor quadruplus, et in ceteris eodem modo ut subiecta descriptio docet

1	1	1	1	1	1
2	3	4	5	6	7

Si vero superparticularem proporcionem queras naturalem sibi ordinem numeri detracta scilicet unitate ut tres duobus sesqualter est, quatuor tribus qui sesquitercius est, quinque quatuor qui sesquiquartus est et in ceteris eodem modo quod monstrat subiecta descriptio

sesqualtera		sesquitertia		sesquisexta	
2	3	4	5	6	7
	sesquiquarta		sesquiquinta		

Superpartientes autem tali modo reperies disponas naturales numeros a ternario scilicet inchoante et unum numerum intermittens superbipartientem efficiat proportionibus, quod sunt duos superpartientes, quod sunt tres superquadripartientem idem que in ceteris

superbipartiens	supertripartiens	superquadripartiens	superquintipartiens	supersextipartiens	superseptipartiens	superoctipartiens
5	7	9	11	13	15	17
3	4	5	6	7	8	9

Ad hunc vero ordinem spectantis et opposita sex

multiplicia et superparticularia vel multiplicia et superpartientia comparatione lector diligens speculabitur. Quod de singulis tribus sibi in alternis mediis expediam deinceps.

sesqualter	sesquitertius	sesquiquartus	sesquiquintus	sesquisextus	sesquiseptimus	sesquioctavus
2 · 3	3 · 4	4 · 5	5 · 6	6 · 7	7 · 8	8 · 9

Cur multiplicitas ceteris antecellat

Sed inter hec illud considerandum quod multiplex inequalitas genus longe duobus reliquis videtur antiquius. Naturalis enim numeri dispositio multiplicibus unitati que prima est comparatur. Superparticularis vero unitati comparatione non fit. Sed ipsos qui post unitatem sunt dispositi numeros ut ternarius ad binarium, quaternarius ad ternarium et in ceteris ad hunc modum. Superpartiens vero longe retro posita est que non continuis numeris comparatur sed intermissis non ordine naturali interpositione. Sed nunc quidem una, nunc vero duabus, nunc vero tribus, nunc quattuor atque ita in infinita succrescat. Amplius. Multiplicitas ab unitate capit. Superparticularitas a binario. Superpartiens vero a ternario initium capit. Sed de hiis deinceps. Nunc solum quod hec axiomata que venient premittere oportebit quod hic demum quo spectare videantur intelligere cum de universalibus demonstratione tractabimus.

Qui sint quadrati numeri et quomodo speculatio

Quadratus numerus est qui gemina dimensione equaliter crescit ut bis duo, ter tria, quater quattuor, quinquies quinque, sexies sex et ita deinceps.

2	3	4	5	6	7	8	9	10
4	9	16	25	36	49	64	81	100

Suppositis igitur dispositisque numeris naturalibus lateribus et qua-
dratorum in suis descriptionibus continui enim naturaliter
sunt quadrati sese in perfecto ordine consequentes ut
quattuor, novem, sedecim. Si igitur continuus quadra-
tus minor a continuo quadrato maiore subtra-
hatur quod relinquitur tantum erit quantum est quod ab
utrorumque quadratorum lateribus iungitur ut si quattuor au-
feras novenario quinque sunt reliqui quinque etiam ex
duobus et tribus qui sunt utrorumque quadratorum latera
coniunguntur. Sed novenarius auferatur de eo qui
sedecim numerus ascriptus est, septem sunt reliqui qui
ex ternario quaternarioque coniuncti sunt que predictorum
quadratorum latera sunt. Idemque est in ceteris. Si
vero inter continuos quadratos unus intermissus fuerit
intermissus sit eius quod relinquitur medietas id quod ex
utrorumque lateribus efficitur. ut si quis quaternarium de
sedecim quadrato auferat duodecim relinquuntur quorum
duodecim medietas est is numerus qui ex utrorumque
lateribus coniungitur. Sunt autem utrorumque latera duo
et quattuor qui senarium iuncta efficiunt atque in
ceteris idem modus est. Cum vero duo intermittantur
tertia pars eius quod relinquitur id quod utrorumque latera
coniungunt. ut si quattuor de viginti quinque auferas
intermissis duobus quadratis relinquuntur xxi. quorum
vero latera sunt duo et quinque qui efficiunt se-
ptem que est pars tertia numeri xxi. atque haec regula
ut si tres intermissi sint pars quarta sit id
quod coniunctis lateribus efficiatur eius quod subtracto
minore relinquitur. Cum quattuor intermittantur
quinta atque uno plus vocabulo numeri partes ve-
niet quam sit intermissio numerorum.

xxxi Omnem inequalitatem ex equalitate procedere eiusque demonstratio

Est autem quemadmodum unitas pluralitatis
numerique principium ita equalitas proportionum e-
rebus enim preceptis ut in arismetrica dictum est multi

plices proporciones ex equalitate producuntur. ex equalitate
vel multiplicibus et per particulares habitudines pro
cedant iterum ex equalitatis superparticularibus supra ia [illegible]
centes proporciones efficiantur. ponantur enim tres
unitates vel tres binarii vel tres ternarii
vel quolibet equi termini. et fiat primus primo equus.
secundus secundum ordinem constitutus, tercius vero primo ac
secundo tercius primo duobus secundis ac tercio. ita enim
facto processu fit duplex multiplicatio prima propor
cio, ut de se ipsa monet

1	1	[illegible]	[illegible]	[illegible]
1	2	[illegible]	[illegible]	

Nam unitas in secundo ordine equa est prime unitati
in superiori loco disposite. iste binarius equus est prime
unitati ac secunde. iste ternarius equus est unitati
prime ac duabus unitatibus secundis. iste quaternarius
equus est unitati prime ac duabus unitatibus
secundis atque unitati tercie. et est 1. 2. 4. dupla
proporcio. quod si de his idem fiat tripla proporcio pro
creabitur. ac de triplo quadrupla quintupla ac
deinceps taliter et habitudinum proporcio. conversa
vice et prius maiorem numerum disponatur. 4.
2. 1. ponatur in primo primo equus id est quattuor
secundus primo secundo et secundo id est sex. tercius primo
duobus secundis et tercio id est novem. quibus di
spositis sesqualtera notatur esse proporcio

4	2	1
4	6	9

Atque id si de triplis fiat sesquitercia. et de quadru
plis sesquiquarta. consimilibusque in alterutra parte
vocabulis proporcionabilitas ex multiplicitate
nascetur ex superparticularitate vel quota duabus
superiacens habitudo. disponatur enim quasi in
sesqualtera proporcio. 9. 6. 4. ponatur igitur
primus primo equus id est nove. secundus primo ac secundo

id est quidem . tunc pro duobus s̄doꝭ et tertio id est 27 . ac disponantur in ordine hoc modo .

9	6	4
9	17	27

Si multiplicaciones in equisitis superparticularibus habitudo producta est et que sunt dictis ad hac spectantes diligens speculator accedat et resultantes quasque superpartientes producit . Quamvis ergo superius tantum superparticulares sint ut uno probavi exemplo certissimum singulis variabilis adequate dictas ex superparticulares superpartientes species procreari videbitur . ex uno quisque aut superparticularibus . sed ita ut ex multiplicationibus procreati sint manentibus uere et multiplices superpartientes creari ex manentibus vel superpartientibus ita ex superparticularibus producere . vel alii et multiplices superpartientes procreabuntur . ac de hiis quidem de habitudine diligens cum in assuetis libris de hac proportione et disputatione. Quomodo reperiuntur

quodlibet continuas proporciones super particulares inveniendi

Sepe autem accidit ut tres vel plures continuas superparticulares proporciones de musica disputator indigeat . Ut ne in casu aliquo illi scientie facientes error ullius difficultatis impediat . hac regula singulis continuas proporciones ex multiplicitate ducendas . Propositis namque ab unitate continuatis tot superparticulares habitudines procedit sive secundum ordinarium partem denominacionis usque ipse ab unitate decesserit hoc modo ut duas sesqualteras antecedat triplex sesquialtera ex duabus sesqualteras ad deinceps iure modo sint igitur duo tres sesquialtera de specie

1	2	4	8	16	32
	3	6	12	24	48
		9	18	36	72
			27	54	108
				81	162
					243

In superiore igitur descriptione binarius primus multiplex omnium ad se tractus est qui possit facere sesqualteram proportionem. ternarius vero non est quia esse non possit esse sesqualter cuius medietas a se deficit. Rursus quaternarius secundus est duplex. hic duos sesqualteros antecedit senarium et nonarium qui medietate caret eam ideo ullus ei sit secundum dictae sesqualteram quatuor et in ceteris idem exemplum vero eodem modo sesquitertios creavit sit eius exemplis descriptio triplo

1	3	9	27	81
	4	12	36	108
		16	48	144
			64	192
				256

In superiore igitur descriptione sesquitertias proportiones ita natas vides ut primus triplex unum sesquitertium antecedat. secundus duos. tertius tres. et per ordinem ultimo numero naturali quantitatem fine claudatur. si vero quadruplum statueris eodem modo sesquiquartos invenies. si quincuplum sesquiquintos. ac deinceps singuli denominatione multiplices tot superparticulares producunt quoto loco ipsi ab unitate discesserint. unam vero quadrupli descriptionem ponemus ut ea si sint in ceteris lectori diligens animus meditatis exerceat

1	4	16	64	256
	5	20	80	320
		25	100	400
			125	500
				625

Hec igitur speculacio ad hanc utiliter videtur inventa ut quaecunque vel sesqualteros vel sesquitertios vel sesquioctavos vel quaslibet alias proportiones quis investigare potuerit

nullo ratione labatur, ut q no ei mo p'o tres
pporcões queat aptare. qm qntiti sunt pporti tot
pcedit et p se sic no posset. Si disponat
porcões multiplices videatur qbus supparticulares
recipe eidem multiplici respondeat qm ei loco
ab unitate recessit. ut i supiorib' de supparticularib'
s tres sesquialteras fortasse quesierit ut
no a qnario ichoat investigacioem sic em
qm senarius (et) duplus duos tm pcedit tam
ei aptare no potest: sed ut ab octonario
medietates apponere sciptet sic em qm
tm (et) tres qntas qnt sesquialteras ppor
tões efficiet et iterum eo mo. Est et
alia augendi pporcões via hic mo. Radices
pporcionum dicunt i eisdem pporcoib' mini
me pporcões. disponat em nus naturalis
unitate multatus 2. 3. 4. 5. 6. 7. Assume
igit pporcões sunt sesquialtera 3 ad 2. sesq
tercia 4 ad 3. sesquiqrta qnq ad qtuor et
sic deinceps in infinitum. et qm hic ppor
tões unitate precesserunt. pporcio igit si
duas sesquialteras pporcões cõtinua cõparacoe p
ducere. sumo radicem sesquialteram qd disposi
to 2 et 3 multiplico igit binario p bi
nariu fiunt qtuor. Iste p ternari p binariu
creat aut 6. Rursus p ternariu pmet
ipm ducere fiunt 9. qm disponat hoc
mo 2. 3. 4. 5. 6. 9

Invenies igitur duas portas sesquialteras
pporcones 6 ad 4 et 9 ad 6. Si vero
portas tres invenire dispono eosdem modos
hos sup reprehendis duabus sesquialteris s'c'
undibus proponeam ipam sesquialteras pporcões
multiplico singlo qternario fiunt 8. Rursus
senario binario fiunt 12. Rursus novena
rio binario fiunt 18. Rursus novenario

ternario sunt ·27· hic modo ·2·3·4·6·9·8·12·
18·27·

Atque hic mos est tertius ut quot proportionalitas propor-
tiones velis extendere ponas proportionis
radice ibi quae sunt continuae aut primae ad sui
vicem comparati aut adsunt modum multiplices
eius secundum proportionalitas proportionum disponas radices
easdemque multiplicatione proportionum quousque excedas
continuandi aut habes hic procedere possint sed
quis ordo monstrabit.

De proportione numerorum qui ab aliis continentur

Si duos numeros eorum differentia integre sunt primae
i eadem sunt proportione numerum quo sua differentia metitur
est in qua est proportione. cuius hic numerum secundum quos
eos sua metitur differentia. Sint enim numeri ·10·
·11· hic igitur ad se invicem proportionem sesquidecimam habitudinis opor-
tet. et quia eorum differentia quotiens quotiens sunt sese per se
cuius numerum ·10· hic igitur metitur quoque ·10·
numerum decies ·11· vero undecies secundum ·10· igitur
alterum ·11· numerus est numerus scilicet ·11· et ·10· ipsa
differentia id quotiens quotiens continetur et sunt ·11· ad
·10· sesquidecima comparatione comparati. eadem igitur
sunt proportione numerum quos ipsa differentia integre sua
metitur. Et si numeros ita duos numeros
quos differentia metiatur ut eandem mensuram numerorum
pluralitas excedat. Itemque converso fit ex
ipsis et sit diminutior differentia mensura
qua pluralitas numeros maiorem obtineat
hic comparatum ad se invicem numerum sic eius illud
quod continget per maiorem relatio fit quod
eos sunt integrum eos ipsa differentia metie-
batur. Sint enim numeri duo ·13· et ·18· hos
igitur quotiens quotiens eorum differentia metiatur me-
titur igitur ·13· numerum quotiens decies usque ad
quinquagesima relictio vero ternario. Rursus ·18·

nis mensuratur idem videntes usque ad quinquaginta
scilicet atque idem iterum quinarium relinquitur auferatur
igitur excrescens superius quinario sunt 50 et 55. quod
disponatur hoc modo 53. 58. 50. 55.
In hoc igitur manifestum est maiorem esse proportionem
inter se 50 et 55 quam 53 ad 58. In
minoribus enim numeris maior semper proportio re-
perit quod paulo post clarius demonstrabitur. Cum vero
illa differentia principalis minores multitudines super-
vadat eadem utrisque numeris pluralitate superat
minores erunt proportiones numerorum superius in se
cum addicione eius si in equa utrosque mensurans
superaddit quam fuerunt cum ad eos prima differentia
mensurabatur. Cum enim numeri 48 et 53 quos
quinarius differentia est mensuratur igitur 48 numerus
quinarius decies sunt 50. superaddit igitur
50 numero 48 numerus binario. Item 53 un-
decies mensuratur sunt 55 qui eisdem super-
est duobus 53 numerus superaddit additum
utrisque binarius et disponatur hoc modo 48
53. 50. 55.
Minor igitur proportio 50 ad 55 comparati ad
additionem scilicet binarii quo differentia eos mensurans
superaddit quam 48 et 53 numeri quibus eadem
quinarii differentia mensura est. Maiores vero et mi-
nores proportiones hoc modo intelliguntur. dimi-
dia plus maior est quam tertia. tertia plus ma-
ior quam quarta. quarta maior est quam quinta
ac deinceps eodem modo. unde sit sesquialtera
proportio maior sit sesquitertia et sesquitertia
sesquiquartam vincat atque idem ceteris con-
veniat ut numeris minoribus maior semper
videatur proportio superparticularis minores quod
apparet in numero naturali disponatur enim numeris
naturalis 2. 3. 4. 5. binarius igitur ad
unitatem duplus est ternarius ad binarium

sesqualter est. Quaternarius vero ad ternarium sesquitercius
Maiores vero superant minores ternarius et quaternarius unitate, mi
nores ternarius et binarius que unitas in maioribus
igitur minor et in minoribus maior proporcio conti
netur. Hinc apparet quod si aliquibus numeris proporcionem
continentibus superparticularem equa pluralitas addatur
maiorem esse proporcionem ante quam pluralita
tis augmentum haberet, postea quam eis plurali
tas equa fuerit addita. X. Ex multiplicibus

et superparticularibus multiplices fiant

Illud etiam pretermittendum videtur quod paulo post
demonstrabitur. Si multiplex intervallum bina
rio fuerit multiplicatum id etiam quod ex illa
multiplicatione nascetur productum sit non fuerit
multiplex, tunc illud non esse multiplex quod bi
nario fuerit multiplicatum. Item si superparticularis
proporcio binario multiplicetur id quod fit neque
superparticulare neque multiplex. Quod si id quod ex
tali multiplicatione nascetur nec multiplex est
neque superparticulare, tunc illud quod binario
multiplicatum est nec superparticulare nec aliquis
omnino non vero multiplicis. XI. Qui super

particulares quos multiplices efficiant

Nunc illud addendum est, duos superparticula
res primos efficere multiplicem proporcionem, ut si
sesqualter et sesquitercius coniungantur duplicem
faciant. Sunt enim numeri scilicet 2. 3. 4. Ternarius
ad binarium sesqualter est, ad tres sesquitercius
4 ad 2 duplus. Rursus primo multiplici si primus
addatur superparticularis, secundum multiplicem faciunt. Sunt
enim numeri 2. 4. 6. Quaternarius namque ad 2 duplex
est, primus scilicet et multiplex, at 6 ad 4 sesqui
alter quod est primus superparticularis. 6 ad 2 triplex
quod secundus est multiplex. Cui si primum triplum sesquitercio addas

addas quadruplus efficietur. Si quadruplo rursus
quinto quintuplus. atque in hunc modum fecit pro-
portionibus multiplicium ac superparticularium com-
mixta multiplices procreantur.

Capitulum de arismetica et geometrica medietate

Quoniam vero de proportionibus que erant interim tractando perdiximus, nunc de medietatibus dicendum. Proportio enim est duorum terminorum ad se quedam comparatio. Terminos autem voco numeros. Proportionalitas est equarum proportionum collectio. Proportionalitas vero est in tribus terminis minimus constat. Cum enim primus ad secundum terminum eandem retinet proportionem quam secundus ad tertium dicitur proportionalitas. Est inter tres terminos medius qui est secundus. Has igitur proportiones medij termini coniungentes tria pacto est. Aut enim equa differentia est minoris termini ad medium et medij ad maiorem sed non equa proportio ut in his numeris 1.2.3. Cuius primum quippe ac 2 et inter 2 et 3 sola unitas differentiam tenet. Non est autem equa proportio. 2 ad 1 quippe duplus, 3 ad 2 sesqualtera. Aut est equa in utrisque proportio, non vero equalibus differentiis constitute ut in his numeris 1.2 et 4. Nam 2 ad unum ita sunt dupli quemadmodum quaternarius ad binarium. Sed inter quaternarium et binarium binarius est, inter binarium ac unitatem unitas differentiam facit. Est vero tertium medietatis genus quod neque eisdem proportionibus neque eisdem differentiis constat, sed quemadmodum se habet maximus terminus ad minimum ita se habet maior terminorum differentia ad minorem differentiam terminorum ut in his numeris 3.4.6. Nam 6 ad 3 duplus est. Inter 6 vero et quaternarium binarius interest, inter quaternarium vero et ternarium unitas. Sed binarius comparatus ad unitatem duplus est. Ergo ut est maximus terminus ad minimum ita maiorum differentia ad minorum differentiam.

Proportio est duorum terminorum habitudo. Proportionalitas vero non minus quam trium. Ergo proportionalitas aut consistet in medietate arismetica aut geometrica aut armonica. Medietates autem dicuntur ubi due extremitates duos sibi limites necnon in concordiam vinciunt. Limites autem sunt termini dicti numeros [illegible] maius. Igitur arismetica medietas est ubi equales sunt differentie inter terminos sed non sunt eisdem proportionibus, ut in numeris 1.2.3. Videmus enim 1 ad 2 duplum, 2 ad 3 sesqualteram [illegible] 3 ad sesqualtera / ecce diverse proportiones sed est eadem differentia scilicet 1 inter 1 et 2 et 2 et 3 unitas [illegible] / Item geometrica medietas est in qua non equales differentie sed equales proportiones reperiuntur / ut in numeris 1.2.4.8. Termino eadem quia sicut unum ad 2 duplum sic 2 ad 4 / et 4 ad 8 / ~~[illegible]~~ / Armonica medietas est in qua nec eadem proportiones ~~[illegible]~~ nec eadem differentie sed sicut se habent extremi limites ita eadem limitum differentie sicut in numeris 3.4.6 et extremos limites [illegible] duplo [illegible] in prima [illegible] /

terminos. vocatur igitur illa medietas in qua aeque sunt differentie arismetica. illa vero in qua aeque proportiones geometrica. Illa autem quae secundum superius dictum est armonica, quarum haec sunt exempla. 1. 2. 3. 4. arismetica. 1. 2. 4. geometrica. 3. 4. 6. armonica

Non vero ignoramus alias esse quoque proportionum medietates quas quidem in arismetica diximus sed ad plenum tractatus haec sunt interim necessaria quod inter has tres medietates proportionalitas quidem ipsa a maioribus geometrica nuncupatur propterea quod eius proportionibus tota consistit. sed tamen cum utentium promiscuo vocabulo proportionalitate ceteras nuncupates

xliii. De continuis medietatibus et disiunctis

Sed istarum alia est continua proportionalitas alia disiuncta. continua quidem ut superius disposuimus. unus enim idemque numerus medius sunt quidem maiori supponitur. ubi vero numeri proportionalitas nuncupatur. Ubi autem duo sunt medii disiuncta proportionalitas nuncupatur ut in geometrica quod nos 1. 2. 3. 6. nam ut binarius ad unitatem ita senarius ad ternarium et vocatur disiuncta proportionalitas. Sed et intelligi potest continua quidem proportionalitas in tribus ut minimum terminis inveniri. disiunctam vero in quattuor. potest autem in quattuor et in pluribus continua esse proportionalitas. si quidem sic modo est ut 1. 2. 4. 8. 16. quod hic non sunt due proportiones sed plures. semper una minus quam sunt termini constituit.

xliiii. Cur ita appellate sint digeste superius medietates

Ideo autem medietas arismetica nuncupatur quod inter terminos secundum numerum quod est differentia. Geome

ita vero secunda dicitur quia filius est qualitatis proportionis
armonica aut vocatur quia et ita coaptata ut
in diversis ac similibus eisdem proportionum consideret. At
de his quidem diligentius et mansuetius disputandum
est. Nunc vero ut quemadmodum ista genera

xv. Quemadmodum ab equalitate supradicta processerint medietates

Sed paulisper quemadmodum ipse proportionalitates procreantur ab equalitate dicendum est predictis. Etenim quod in numero valet unitas id est in proportionibus equalitas valet. Et sicut unum caput unitas ita proportionum equalitatem esse principium supradicta est. Nam ab ea similiter medietas absoluta nascetur. Ponitur enim tres termini tres modi sunt quibus proportionalitas producatur. Ponatur enim primus primo equus, secundus primo ac secundo, tertius primo secundo ac tertio. Quod ut monstratur exemplo. Sint unitates tres. Ponatur equus primus primo equus id est unus, secundus primo ac secundo id est 2, tertius primo secundo ac tertio id est 3. Erit dispositio hec

1	1	1	
1	2	3	

Rursus sint tres binarii in equalitate constituti 2.2.2. Ponatur primus primo equus id est 2, secundus primo et secundo id est 4, et tertius primo secundo et tertio id est 6 et erit dispositio hec

2	2	2		2	4	6

Rursus idem de ternario

3	3	3		3	6	9

Sed illud spectandum est quod prima unitas fuit ad equalitatis principium constituta unitas etiam in diversis modis. Ipsi vero unum ipse [illegible] intermittit. Binarius vero binarius teneat equaliter

binarius est differentia · et utrique inter terminos terminus
intermittitur · Cum vero ternarius eadem differentia est inter
unos vero duo naturaliter constituti intermittuntur ac
deinceps ad hunc modum · Est etiam alia pro-
portionaliter arismetica procreandi via · Propo-
natur enim tres equi termini constitutis ita ut
primus ad secundum equus · secundus primo ac duobus secundis /
tercius primo duobus secundis et tercio ut si sint tres
unitates · Erit ita primus ad secundum equus id est duo
secundus vero primo ac duobus secundis id est tria · tercius
autem primo duobus secundis et tercio id est quatuor

1	1	1	2	3	4

Hic igitur tres dictarum unitas tenet continet
binarium enim et unitatem atque item ternarium ac
binarium unitas intermittit. Illius vero naturalis numeri
intermittit · per unitatem enim more binarius naturalis
constitutus · Quod si rursus in binario fiat Sint
ergo tres binarii et sit primus ad secundum equus
id est quaternarius · Secundus vero primo et duobus secundis
id est senarius · tercius vero primo duobus secundis
et tercio id est octonarius

2	2	2	4	6	8

Hic ergo binarius tenet differentiam tres uno intercepto
naturali intermisso numero inter quatuor et sex quinarius
naturaliter inter · 6 · atque · 8 · septenarius collo-
catur · Cum ergo ternarius equalitate preparatur fiet
ternarius differentia uno numero semper intermisso
eius atque idem qui in quaternario quinarioque perspiciet
et quos per binarium terminos ipse rerum regulas
reperiet ipse diligens lector inveniet · Geo-
metrica vero proportionalitas hic quemadmodum
terminis ab equalitate possit ostendi · quem-
admodum ab equalitate eius equalitas profluat
monstrabitur preter fastidium est · Nunc ergo hec
nobis repetendum est · Constituti enim termini equis

tis ponatur primus primo equus. secundus primo ac secundo.
tertius primo duobus secundis tertio idem quoque fiat continue
atque ita exequalitate geometrica proportionalitas
procreatur sicut de cunctis proportionum speciebus
quam diligentissime in arismetricis disputavimus
ad quae si instructus lector accedet nullo dubita
tionis errore turbabitur. Armonica vero medie
tas de qua nunc paulo latius tractandum est
hac ratione procreatur. Constituantur enim secundum
duplices terminos singulis terminis equis tres positis
primus primo ac duobus secundis equalis. secundus du
obus primis et duobus secundis. tertius secundum primo
bis secundo et ter tertio atque hic modo sint uni
tates | 1 | 1 | 1 | Constituatur igitur primus primo
ac duobus secundis equalis id est ternarius secundus vero
duobus primis et duobus secundis id est quatuor
tertius vero primo duobus secundis et tribus tertiis idem est et post
sex et post tribus binariis equalitas constituatur
ut ut ternariis eadem vero medietatis appa
ret duplo a se terminis differentiisque distanti
bus ut subiecte descriptiones monent

1	1	1	3	4	6	2	2	3
6	8	12	3	3	3	9	12	18.

Quod si facienda est in continuis dupla propor
tio tribus equis terminis constitutis primus considerem fa
ciendus est primo ac secundo. secundus vero primo
ac duobus secundis tertius aut primo duobus
secundis ac tribus tertiis ut est subiecta descriptio

1	1	1	2	2	2	3	3	3
2	3	6	4	6	12	6	9	18

xvi. De armonica medietate et de ea uberior speculatio

Sed in ingressu armonicam disputatorum quod de ea
diligentiaque dici possit tacite pretereunda
esse non arbitror. Collocetur igitur armonica
proportionalitas in qua ea descriptione superiori
ordine termini inter se differentie disponantur.

1	2	3 (dic)	4	6	termini

Videsne igitur ut quattuor ad tria diatessaron
consonantiam reddant, 6 ad 4 diapente concordent,
6 vero ad 3 diapason misceat symphoniam,
ipseque eius dicte ternarius eandem statuat pro-
portionem. binarius enim ad unitatem duplus est
quae in diapason consonantia constituitur. quod si se ex-
tremitates multiplicent, item si medii sui multi-
plicatione se excrescat spatia numerorum totam habitudi-
nem concordiarum servabunt. ter enim 6 effi-
ciunt 18, quater quattuor fient sedecim, sed decem
octo numerus 16 minoris partis continua transcendit
consensus. minimus terminus si ipse se multiplicet
efficiet novem. cum si maior terminus sui multi-
plicatione crescat efficiet 36. qui [illegible]
spatia quadrupla id est bisdiapason consonantia
servat. Cum si haec diligentius inspicias [illegible]
[illegible] vel duos vel tres ipse vice multi-
plicando. minimus enim terminus si medio multipli-
cetur fient igitur 12. Item minimus terminus si maiori
multiplicet fient 18. medius vero terminus ma-
iora multiplicitate augeat fient 24. Rursus
minimus terminus se ipso crescat fient 9. eodem
enim modo medius fient 16. Senarius vero qui est
maximus si se ipsum multiplicet 36 reddet.
Haec igitur in ordinem disponantur

36	24	18	16	12	9

Sunt igitur diatessaron consonantiam resonantes
24 ad 18 et 12 ad 9, diapente vero 18 ad
12 et 24 ad 16 et 36 ad 24. Quadru-
pla vero quae est bisdiapason 36 ad 9. Epo-
gdous vero qui tonus est 18 ad 16 comparatione
iungatur. xviii Quemadmodum inter duos terminos sup-
dicte medietates vicissim locentur

Solent hi duo termini dari proximi ut inter
eos nunc consimilem consuetudinem nunc vero ge-

[ge]ometrica nunc armonicam medietatem ponamus
de quibus in arismetica quidem diximus. id tamen ipsi
nunc etiam breviter explicemus. Si arismetica me-
dietas queratur datorum terminorum videnda est differentia
eaque dividenda ac minori termino adiicienda.
Sint enim 10 et 40 alterutrum termini con-
stituti horumque medietas secundum arismeticam
proportionalitatem queratur. differentiam prius utrorumque
respicio que est 30. hanc divido fiunt 15.
hanc minori termino id est denario appono fiunt
25. Si igitur hic inter 40 ac 10 medius con-
locetur fit arismetica proportionalitas hoc
modo 10. 25. 40. Item inter eosdem terminos
medietatem geometricam collocemus. extre-
mos propria inter se quantitate multiplico ut 10 in
40 fiunt 400. horum tetragonale latus
assumo fiunt 20. vicies enim 20 efficiunt
400. hos igitur 20 medios inter 10 ac
40 si collocet fit geometrica medietas
scilicet dupla proportione formata 10. 20. 40.
Si vero armonicam medietatem quirimus sibi
metipsis copulamus extremos ut 10 et
40 fiet 50. eorum differentiam que est 30 in mi-
norem terminum multiplicamus scilicet in denarium ut
fiat decies 30 quod fit 300. hos per 50
partitum fiunt 6. quos si minori termino si addi-
deris reddunt 16. Sunt igitur inter si huiusmodi 10
et 40 medium 16 locemus armonica pro-
portionalitas apparebit 10. 16. 40. xviii c

Consonanciarum musico vel modo secundum Nicomachum

Sed de his hactenus nunc illud addendum
videtur quemadmodum pitagoras probat
consonancias musicas in predictis proportionibus
invenisse in qua re sed eius ptolomeus non
videtur assensus. de quibus paulo post ius dicemus
hic enim ponenda est maxime esse prima sim-
plicissimaque consonantia quam ipse teres sensus appre-

comprehendi. quale est unum quodque per semet ipsum
tale etiam deprehendi sensibus. Si igitur auctius
notior est ea consonantia que in duplicitate con-
sistit. non est dubium primam esse omnium diapason
consonantiam meritoque excellere quoniam cognitione pre-
cedat. Reliquas vero sicut necessarium secundum pi-
tagoricos ordinem tenere que dederint mul-
tiplicitatis augmenta et superparticularis habitu-
dinis detrimenta. Demonstratum ipse est enim multi-
plicitatem superparticularitatis proportionibus anti-
quitate transcendat. Sit enim naturalis numerus ab uni-
tate usque ad quaternarium dispositus. 1. 2. 3. 4.
Igitur est binarius comparatus proportionem duplicem
facit et reddit diapason consonantiam eam-
que maxima et simplicitate notissima.
Si vero unitati ternarius comparetur. diapason
ac diapente concordiam personabit. Quaternarius
vero ad unitatem comparatus quadruplam tenet
bis scilicet diapason efficiens simphoniam. quod
si ternarius binario comparetur. diapente. Si vero
quaternarius ternario diatessaron consonantiam sup-
plet. Relinquitur horum documento adspicere comparat-
ionis naturam comparatio restat tibi si quaternarium bi-
nario comparemus cadit in duplicem proportionem
qua valebat ad unitatem binarii comparatio
Itaque maxime distat sonus in hiis diapason
ac quadrupla intervalli dimensione disce-
dit. Nichomachus vero non putat esse consonantes
videri sonos in auditu qui ultra tercia qui-
dem parte transcedit ac stat de mentis con-
venientia modo quia neque ultra quadruplam
possit extendi. neque intra partem tertiam co-
artari et secundum Nicomachum quidem hic conso- Ordo
nantiarum est ordo ut sit prima diapason dia-
pason diapente tertia bisdiapason quarta dia-
pente quinta diatessaron. XVIIII De ordine
consonantiarum sententia Eubulidis

Sed Eubulides atque Hipopassus alium con-

ad ... quod in arte musicali proportionum que legitime sine discretione non est
procedendum in infinitum. et in ... ... multiplicitatis et ... superparticularis habitudinis
forme ad musicam admittuntur scilicet sola dupla tripla et quadrupla habitudo
sola sesquialtera et sesquitertia in sesquioctava. consonantias modulet ... ultra
bis diapason id est ultra quadruplam non extendit artis musicalis vocibus ... ...
modum ... ita ... ut ... septenarius voce in diapason ... ...
... diapason consonantie ... ... ultra ... duple ... non ...
... ... ipsa ... intervalla non variatur ... ...

nature ordinem ponit. Sicut enim multiplicitatis
augmenta ut superparticularitatis diminutio ratio
excedere itaque non posse esse duplum pars dimidium
nec triplum pars tertia parte. Cum ergo igitur sit duplum
in diapason consonantiam reddi. Cum vero sit
dimidium ex eo quod est contrariam divisionem. sesqualtera
vero diapente effici proportionem. ita eam dia
pason symphoniam reliquarum esse principium Cum
bus inspectis sed diapason ac diapente triplice
fecit que utramque contineat symphoniam. Sed
rursus triplicis pars tertia contraria divisione par
tem conpositam rursus diatessaron symphonia
nascetur triplice vero atque sesquitertia iunctis quadrupla
duplicata competentes proportionis efficit. Cum sit
ergo diapason ac diapente quod est una consonantia
et diatessaron una est continentia coniugatur Sed
in quadruplo consistens bis diapason nomen acce
pit. Secundum hos quidem hic ordo est diapason dia
pente diatessaron bis diapason XX Sententia

Nicomachi que quibus consonancijs oponantur

Sed nicomachus non eandem esse eius arbi
tratur continuam proportionem Sed ponit ut unitas in
arismetice scientia est diminucionis principium
ita et diapason symphoniarum reliquarum esse prin
cipium. Illas vero sibi contraria divisione posse
constitui. Eadem enim facilius est cognitione superius
proveniant in unius constituatur igitur
unitas duceque ab ea partes fluat
una multiplicis alia divisionis
partes hoc modo.



Et adhuc modum ad infinita progressio est bi
naria enim unitatis duplus est
pars eiusdem dimidium unitatis contraria ei
et contraria pars tertia quatuor quadrupli tres triplis
quarta atque ita crescendi et decrescendi progressus contra
veniente principium. Eadem igitur nunc in simplicia
quantitas. est igitur diapason eadem que quadrupla
est supremi loco principium. Cum vero reliquae sunt
in contraria divisione sic modo. Sesqualtera eadem triplo

sesquitercius vero quadruplo. Dedit tali argumentatione probabitur. idem enim primus est sesqualter qui primus triplus
sub principalis unitatis. Ternarius idem primus triplus
est sub unitati idem primus sesqualter sub binario compa
ratur. Rursus idem ternarius eius duce qua ad binarium
facit cuius naturaliter porcio probatur esse sesqualter triplus
est. Cum igitur sesqualter triplici opponatur diapente
te consonancia. diapente ac diapason consonancie
coniungibiliter puta opponi. Rursus quadruplus
sesquitercii quasi divisionem tenet. nam cum sit primus
quadruplus idem rursus primus sesquitercius invenitur
hoc modo. quaternarius namque primus sit quadruplus sub
unitati primus sesquitercius sub ternario comparatur. Rursus
eius duce que inter se ac ternarium tenet. ipse sit
quadruplus unde fit ut sesquitercia porcio que est dia
tessaron quadruple proporcionem que est bis diapason
in concentu dividatur.

Dupla vero cum nullam
habet oppositam proporcionem
ut utique ipsa sesqual
tera est aut epogdoi,
nunc cum possit bina
rius qui primus est duplus superparticularem proporcionem
coniungi talem formam consonancie proporcionis excedit/atque
ideo secundum nicomachum diapason consonancias
principatum teneat hoc modo

Sed quamvis ita sese habeat tamen melius tunc omnes
multiplices proporciones consonancias precedere. superpar
ticulares sequi. Sicut ante descripsimus. Cum igitur
sit consonancia duarum vocum rata permixtio. Sonus
namque vero modulate vocis casus una intensione
productus. Sicut ipse minima particula modu
lacionis. Omnis vero sonus constat in pulsu. pulsus
vero omnis ex motu sit. Horum motuum alii sunt
equales. alii vero inequales. alii vero minus. alii
vero mediocriter inequales. ex quo fit ut quod vera
ut sonos equalitas. et inequalitate vero ea que se
cundum mediocrem distanciam inequales sunt manu
feste primeque ac simpliciores eveniunt proporcio
nes que sunt sub multiplici ac superparticulares

dupli tripli quadrupli. Sesquialtera autem sesquitertia pro-
portione. Ceteris vero que in reliquis proportionibus
ut in multimodis ut non ita clare sit ut longe a-
non a se distantibus inequalitatibus sunt dissona-
ne existunt. Nulla autem sonorum concordia p-
rocreatur

XXI Quid oporteat premitti ut diapason in multiplici genere demonstretur

Hec igitur ita distincta demonstrabunt diapa-
son consonantiam que multo optima est in multi-
plici inequalitatis genere et in duplicitatis habitudine
reperiri. Ac primum quidem illud demonstrandum
quemadmodum in multiplicis genere diapason con-
sonantia possit agnosci. Ponendum est igitur ad he-
nc quidem quod prius oculo planius demonstrabo
fiat a maiore superparticulari si contingat superpar-
ticularem suis auferat proportionem. Nam si sit mi-
nor id quod relinquitur minus est quam medi-
etate que detracta est proportionis ut in sesqui-
altera ac sesquitertia. Cum sesquialtera maior
est sesquitertia de sesquialtera detraxerim relinquitur
sesquioctava proportio que duplicata non efficit
integram sesquitertiam proportionem. Hec ea distantia minor
est minor est que in sesquitertia reperit. Quare si
duplicata sesquioctava comparatio non est integra
sesquitertia, sesquioctava non est sesquitertie
proportionis plena medietas. Item si sesquialteram
sesquitertia auferatur id quod relinquitur medietatem
sesquitertie efficit utique in ceteris.

XXII Demonstratio per impossibile diapason in multiplici genere esse

Age nunc ad diapason consonantiam redeamus ex-
istente ea non esse in multiplici genere inequalitatis cadet
in superparticularis inequalitatis genere. Sit igitur superparti-
cularis proportio diapason consonantia. Auferatur ab ea quin-
tuna consonantia id est diapente. Relinquitur dia-
tessaron. Bis igitur diatessaron minus est uno
diapente. Et semel diatessaron non implet dia-
pente consonantie medietatem quod est impossibile.
Demonstrabitur enim bis diatessaron tono ac se-
mitonio consonantiam diapente superare. Igitur
non diapason consonantia in superparticulari inequalitatis genere ponitur

xxiii demonstracio dyapente dyatessaron et tonum in superparticulari esse

Restat igitur ut diapente ac diatessaron et tonum
in superparticulare ponenda esse monstremus. Sed
et prius id in primo commonstratum est probacione causa quod diapason in
superparticulari genere non esse ponendam monstra
vimus. Idem quoque quod quidam nos omnibus modo perceperunt sigil
latim tamen de eo ac diligencius pertractemus. Sed prius
in superparticulari quod has contrudentes ponendas esse
non dubitet in multiplici genere fatebitur collocan
das. Sed in superparticulari ut ceteris multiplicis ne
poni non possit superius ut arbitror expla
natum est. Ponatur igitur si fieri potest in multipli
ci genere et quoniam diatessaron consonancia minor
est diapente maior diatessaron dupla. Diape
te tripla vero proporcione multiplici collocetur. Verum si de
enim est consonancia diatessaron consonancie diapente
continua ita diatessaron in dupla statuitur. Dia
pente continua duplici poni id est tripla tonum
autem quoniam in contrudentibus musicis post diatessaron
locatur. Minimus in ea proporcione ponatur que est
minor a dupla. Hanc autem in multiplicibus genere
non potest inveniri. Restat igitur ut in superparticula
ritatis contrudentes cadat. Sit igitur prius id est pro
portione tonum. Sed si duplicem auferamus
triplici quod relinquitur sesqualterum est. Sed si diatessa
ron quidem duplex est diapente vero triplum sola
tonum diatessaron a diapente tonus tonus relinquitur
Illud modo dubitari potest quod tonus in sesqualtera
non proporcione constituti. Sed due sesqualtere proporciones
duplicem vincunt quemadmodum superius ex prescriptis
terminis sibi potest quisque colligere. Duo igitur toni
diatessaron superabunt quod est inconveniens. Diate
ssaron enim duos tonos semitonium spacio trans
cendit. Non igitur fieri potest ut diapente ac dia
tessaron in superparticularis regulis genere collocetur. Sed
si quis tonum esse in multiplici genere esse putabit
tamen tonum quidem minor sunt diatessaron. Dia
tessaron vero minus quam diapente diapente
quidem ponatur in quadrupla. Diatessaron in

tripla. tonus in duplici. Sed diapente constat ex diatessaron
et tono. Quadruplum igitur secundum hanc rationem
constabit ex triplo ac duplo quod fieri nequit. Rur-
sus statuatur diatessaron quidem in triplo et
diapente in quadruplo. Si igitur auferamus triplum
a quadruplo sesquitertius relinquetur. Rursus si
diatessaron diapente consonantie subtrahatur
fit reliquus tonus. tonus igitur secundum hanc rationem
in sesquitertia proportione constabit. Sed tres sesqui-
tertii in triplo sunt minores. tres igitur toni
unum diatessaron in ulla ratione supplebunt
quod est falsissimum. duo enim toni ac semi-
tonium minus diatessaron consonantiam supplent.
Ex his igitur demonstratur diatessaron consona-
ntiam non esse multiplicem. dico autem quoniam nec
diapente consonantiam in multiplici genere poterit col-
locari. Nam si in eo statuatur genere que est ea minor
consonantia id est diatessaron non locabitur. diapen-
te in multiplici minimo id est in duplici sed ut
sit locus quo diatessaron consonantia possit aptari.
Sed diatessaron consonantia multiplex esse non
est. Si dicta vero diapente in maiore habitudine multi-
plicitatis quam est dupla que minima est aptari
potest. Sit igitur diapente in minima scilicet dupla
diatessaron vero quod minor est in multiplici genere
aptari non potest. Illa est enim ipsa quam minus a
dupla. Sit igitur sesquialtera. tonus vero sesqui-
tertia igitur minima cum proportione locabitur. Sed duo
sesquitertii ampliores sunt uno sesquialtero. duo
igitur toni unam diatessaron consonantiam vin-
cent. quod nulla ratione contingit. Ex his igitur
approbatur diatessaron in multiplici genere collo-
cari non posse. dicta etiam in superparticulari in qua collocentur consonantie
ponentur.

xxviii Demonstratio diapente et diatessaron in maximis superparticularibus esse

Illud quoque addendum videtur quoniam si diapente
ac diatessaron superparticulares proportiones tenent
in maximis superparticularibus eas proportionibus collocari
sunt, que maxime sesquialtera et sesquitertia

Si non comprobatur sit modo nisi si in minoribus propor-
tionibus quam sesquialtera vel sesquitertia diapen-
te ac diatessaron consonantie collocentur non
est dubium quin sint alie que proportiones superparticula-
res preter sesquialteram ac sesquitertiam iuncte non effi-
ciunt unum duplum ita diapente ac diates-
saron unum diapason nulla ratione concluderent
Cum enim diapason in dupla proportione sit con-
stituta et dupla vero proportio ex sesquialtera et ses-
quitertia componitur. diapason vero ex diatessaron
ac diapente copulatur. Ideo non est dubium quin si
totum diapason in dupla statuatur. diapente
et diatessaron in sesquialtera sesquitertiaque propor-
tione sit locandum. alie enim non potuerunt
diapason iuncte efficere que consonantia in dupla
proportione consistit nisi iste duabus proportionibus
tenerent sesquialtera scilicet ac sesquitertia. Alie enim
proportiones superparticulares duplicem nulla ratione con-
gerent

XXV Diapente in sesquialtera diatessaron in sesquitercia tonum in sesquioctava esse

Dico autem quod quoniam diapente in sesquialtera dia-
tessaron in sesquitertia proportione consistit. tamen
inter utrasque proportiones sesquialtera scilicet et sesqui-
tertiam. sesquialtera maior est et sesquitertia minor
Atque in consonantiis diapente maior diatessaron
minor apparet. maiorem proportionem minori esse
consonantie aptandam. est igitur diapente quidem
in sesquialtera diatessaron vero in proportione sesqui-
tertia collocanda. Item si diatessaron a diapente
consonantia subtrahatur. relinquitur sesquioctava
proportio. quo fit ut tonus in sesquioctava de-
beat comparatione consistere

XXVI Diapason ac dyapente in tripla proportione in quadrupla bis dyapason esse

Sed quoniam demonstratum est diapason quidem dupla
diapente vero sesquialteram iuncta vero dupla ac
sesquialtera triplicem proportionem reddere. ex quibus et
illud apparet. diapente diapason in triplici propor-
tione consistere. Tum si quod triplici proportione sesquitertiam

simphoniam iungat quadruplam facit. igitur si dia
pente ac diapason consonantiis diatessaron sim
phonia iungitur fit quadruplum spacium vocis
bis diapason sicut esse monstravimus. Quod di xxviii

**atessaron ac dyapason esse secundum pictagori
cos consonanciam**

Sed ipsis diligentibus lectori appareat quod consonancie
consonanciis superposite alias quasdam consonancias
efficerent. nam diapente ac diatessaron iuncte
diapason ut dictum est faciunt. Sic vero id est dia
pason. Rursus si diapente simphonia iungatur
fit consonancia que ex utrisque vocibus manet
scilicet diapason scilicet ac diapente cui si diatessa
ron addatur fit bis diapason que quadruplam propor
cionem tenet. Quid igitur si diatessaron ac dia
pason consonanciis iungatur. nullam vero secundum pi
tagoricos efficiat consonanciam. Maxime. major
enim in superparticularis inequalitatis genere cadet nec
servat vel multiplicis ordinem vel superparticulari
tatis simplicitatem. age enim statuantur numeri quorum
id facilius appareat. Sit enim ternarius cuius sit ter
narius duplus scilicet in diapason consistens proporcione.
huic apponatur simphonia qua diatessaron esse
predixi ut octonarius. is enim ad senarium dia
tessaron proporcionem tenet quod octonarius ad ternarium
comparatur. sunt enim bis. sed ne sit multiplex. est enim
eius aliquas partes. neque eas simplices. duabus
enim eum superveniet unitatibus que sunt due tercie
partes ternarii que summum terminum minimumque lo
cum. Sint igitur termini hii 3. 6. 8. Illud
quoque quod inter duas sibi continuas consonancias cadit
et enim neque duplum est integrum ut diapason
ac diapente efficiat simphonia. cui si tonus
addatur maior triplici proporcionis efficietur. Etenim
cum diapason ac diapente sibi met iuncte
efficiet triplam diatessaron vero et tonus dia
pente consonanciam iungitur. Si diapason consona
ne addatur diatessaron in consonancia fit. Etenim
inter duplicem ac triplicem nulla potest nam proporcio

multiplicitatis intelligi. Quod si ad unum tonum fiet
diapason diatessaron et tonus quod inter distabit
utrisque diapason ac diapente sit. Diatessaron enim
et tonus diapente constituunt. Sit enim diapason
quidem 3 et 6. diatessaron 6 et 8. tonus 8
et 9. diapente 6 et 9. diapason ac diape-
te 3 ac 9. est igitur sic tripla proportio 3. 6.
8. 9. Sed cum multa de his Nicomachus
nos tamen quia potius breviter partim ea
ipsa que pitagorici affirmant promentes par-
tim explicuisse quod contra concinnat aggredientes plura
numquam diatessaron consonancie diapason
addatur consonancias quod his quid non posse
evenire vero de his sufficiat ptolomeus post-
erius apponetur. Sed de his actenus nunc de
semitoniis considerandum est. xxviii. De semi-

tonio in quibus minimis numeris constet

Videntur enim semitonia nuncupata non quod vere
tonorum sint medietates. sed quod sint non
integri toni semispacii quod nunc quidem semi-
tonium nuncupamus. apud antiquiores autem
limmatis dicebatur vocabatur sic nos est. Sin
enim ex sesquitercia proporcione que diatessaron est duas
sesquioctavas detrahes que tonum sunt aufe-
ratur relinquitur spacium quod semitonium nuncu-
patur. Crescimus igitur duos tonos continua
dispositione descriptos. Sed cum sic de hac
sesquitercia proporcione consistit. duas sesquiocta-
vas proporciones continuas adhibere non possumus
nisi numerus ille a quo hee derivari possunt reperi-
atur. Sit unitas prima eius que octonarius octupla
est. abstrahere igitur unum sesquioctavum potes derivare
re. Sed cum duos continuos fieri oportet octo. atque
quo 64. explicanter est igitur tamen sedes
octuplus a quo possumus duas sesquioctavas
proporciones educere. Nam si octo qui est octava pars
64. unitas cum eidem additur tota summa
72. perficiunt. His vero si sua octava sibi

apponatur qui est novenarius .81. reddet eritque
hi duo toni continui in principali dispositione
descripti .64. 72. 81. Nunc igitur .64. mutato
sesquitertium numerum. Sed quoniam .64. partem tertiam
non recipit. si omnes numeri ternario multiplicentur,
minor eius pars tertia contingit et omnes in eadem propor-
tione durabunt qua fuerunt. His ternarius multipli-
cator accedet. fiant igitur ter .64. id est .192.
Horum tertia .64. eisdem addita .256. reddet
erit igitur hic sesquitertia proportio diatessaron con-
sonantiam tenens. Nunc igitur duas sesquioctavas
proportiones ad .192. duobus se invicem continen-
tes rato ordine collocemus. fiat igitur ter .72.
id est .216. rursus ter .81. quod fit .243. quos numeros
duos super positos terminos collocemus quo modo .192.
.216. .243. .256. In hac igitur dispositione propor-
tionum primus numerus ad postremum diatessaron con-
tinet consonantiam. Eidem vero primus ad secundum et secundus
ad tertium continuos constituunt tonos. Constat igitur
spatium quod relinquitur esse .243. ad .256. id est
minoris semitonii forma consistit.

XXVIIII Demonstrationes non esse .CCXLIII. ad .CCLVI. toni mediet[at]em

Approbo igitur .243. ad .256. distantiam non esse
integram toni medii dimensionem. Et enim du-
centa quadraginta tria et ducentorum quinquaginta sex
differentia tredecim unitatibus constat. quae .243. minus
quidem quam octava decima, plus vero
quam nona decima obtinet partem. Sed enim
octies decies terdecim duntaxat efficiunt .234. quae
ducentorum quadraginta trium nullo modo adhibit. Sed de-
cies nonies multiplicatus supervadet. Cum oporteat
esse semitonium. Sed hic integer toni dimidium
tenet inter sextam decimam quae septimam ac septimam
decimam collocatur quod postea demonstrabitur.
Nunc illud liquebit ita fieri semitoniorum distan-
tiam sibimet geminatam unum toni spatium non
posse complere. Age enim ut supra .256. ad
.243. habet tales duas sibimet continuas

proporcionis sedm superius descripta regulam disponantur
ducenta enim et quinquaginta et sex in se ipsos multi-
plicata erit maioris termini 65536. Item 243 ista
in se ipsa ducta generant et fit minimus termini 590
49. Rursus 256 ad 243 multitudinem gene-
rat et erit igitur numerus 62208. Hic igitur me-
dius collocetur hoc modo 65536. 62208. 59
049. In eadem igitur proporcione 256 et 243
in qua 65536 ad 62208 et item 62208
ad 59049. Si maioris ergo termini qui 65536
ad minimum qui est 59049 unus integrus non
efficeret tonum quod si foret ad sedm proporcionem quam
habet ad tonum proporcionem integri esse
semitonii proporcio duo dimidia iuncta unum
necessario efficerent tonum. Sed hoc consistit nisi
terminos hos sesquioctavam proporcionem manifesto
quod hec duo spacia sunt tonorum dimidia non vi-
